Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# In hoc corpore continentur tripartite historie ex Socrate Sozomeno et Theodorico in vnu[m] collecte et nuper de greco in latinu[m] translate libri numero duodecim ... Cassiodori senatoris iam ...

Cassiodorus, Flavius Magnus Aurelius

Augustensis, [ca. 5.II.]1472

Eiusdem historie liber sextus Incipit

urn:nbn:de:bsz:31-323790

Visual Library

quib⁹ oſtendēt eū xp̄i bellū ꝯ̄ magnēciū geſtū in italiā barbaros ī=
duxiſſe. Repēte religione mutata cū pri⁹ chriſtian⁹ eēt putaret̄ ſemet
ipm̄ pontificem noīauit. et veniens ad tēpla paganoꝝ ſacrificabat
ſubiectiſqꝫ talia colere ſuadebat. Cumqꝫ Conſtātı⁹ xp̄i bellū ꝑſicū
Antiochia moraret̄. ſperās ille q͛ ſine bello poſſet illiricū detinē. ad
eos agebat iter. dicēs ſe velle Conſtantio ſatiſfacē tanqꝫ nō ſpōte ſ; ſ̄
volūtate militū inſulas imperij ſuſcepiſſet. Dicit̄ itaqꝫ q̄a dū ad
ad hos terminos acceſſiſſet vindemia collecta. circa occaſum pliadaꝝ
vuas denuo fuiſſe ꝓlatas. inſuꝑ etiā imbrē ex aere deſcēdētē in ei⁹
veſte ſimul et ceteroꝝ guttas ſingulas crucis formaſſe ſignacula.
Hoc facto videbat̄ et ipi et alijs q͛ botris ext̄ tempus illatis bonū ei
panderet̄ indiciū. Imber aūt cadēs veſtem ſuꝑ quam ceciderat robo=
raret. alij vero dicebant vuarū ſignū pret̄ temp⁹ ſignificare ꝑditiōꝫ
impatoris ad inſtar h⁹modi botroꝝ et parui tp̄is ei⁹ fore impiū.
Porro de cruce dicebāt ꝓnūciare hoc ſignū q͛ ſit celeſte dogma xp̄iāo=
rum et oporteat ſignari cūctos crucis indicio. Vnde cognoſcit̄ quia
diuerſi interpretati quā dixerat impator. veritate fraudati non ſunt
Vtrunqꝫ enī oportune dictum ſequēs tēp⁹ oſtēdit. Cū audiret itaqꝫ
Conſtātı⁹ ꝯ̄ ſe venire iulianū. inſtructione belli parthici derelicta
Conſtantinopolim veniebat. SOCRATES,

ET Mob Sicribis int̄ alicas atqꝫ cappadocas nimia contagi=
one appoplexie paſſiōe defūct⁹ ē. cōſulatu tauri et florēti tercia
die nouēbris mēſis anno vite ſue quadrageſimo et quīto. ex quib⁹
tredecim cum prē regnauit. vigītiquinqꝫ poſt illū. Sozomen⁹.

QVo defūcto iulian⁹ quidē iam thracias obtinebat, Et non p⁹
multum conſtātinopolim veniēs appellat⁹ ē impator.

Hiſtorie triptite liber quīt⁹ explicit.

Eiuſdem hiſtorie liber ſextus Incipit. Cap̄la eiuſdem libri,

De iuliani gn̄e diſciplīs et quomodo ꝑuenerit ad impiū. Primū
Quō iulian⁹ ad ritū deueniret paganoꝝ et de ſacrificijs idoloꝝ. ij.
Quomō etiā an̄ impiū latēter fuiſſet pagan⁹. iij.
Quam fuiſſet paganis infenſus. iiij.
Quia initio imperij ſui magis pepcit xp̄ianis, v.
Quomō Maris ep̄s chalcedonie ī facie redarguerit iulianū, vj.
Quia eos qui fuerant deportati a Cōſtantino reuocauit. vij.

De ſeditione apud alexandriā orta contͣ paganos, Octauum.
Quomō alexandrinus Georgius ſit extinctꝰ, Nonum.
Quia iulianꝰ eccłias clauſit et eccłie ornamēta diripuit. x.
De Euſebio nectario et Zenone martiribꝰ, xj.
De hilarione monacho et crudelitate heliopolitanoꝝ. et arethoſiorū
contra xp̄ianos et de marco epō eiꝰq̄ martirio. xij.
De macedonio theodolo et taciano martiribꝰ. xiij.
De Baſilio martire et Euſicbio, xiiij. ī phenice, xv
Que ī gaza dcͣ xp̄iāos crudelit̄ ſint cōmiſſa atq̄ ſebaſtia nec non et
De ſimulacro androgino a paganis in eccłia conſtituto. xvj.
De legibꝰ quas iulianꝰ contͣ xp̄ianos poſuit, xvij.
De reditu athanaſij ad alexādriā. xviij. athanaſio celebrato. xx.
De lucifero et euſebio. xix. De concilio apud alexandriam cū
De differētia ſubſtātie et ſubſiſtētie. xxj.
Pars libri athanaſij de ſatiſfactiōe fuge. xxij. erit indignatꝰ. xxiij.
Quia euſebiꝰ veniēs antiochiā ꝓpt̄ paulinū diuiſū vidēs ꝑplm̄ fu-
De hilario pictauienſe xxiiij De macedonianis. xxv.
Quia iulianꝰ quoq̄ perſecutus ſit athanaſiū, xxvj.
Quomodo iulianꝰ fouerit zizicū ꝓpt̄ paganitatis cultū. xxvij.
De Ecio epō boſtrēſi, xxviij. Quia iulianꝰ precepit ut ſm̄
xp̄ianoꝝ ritū etiā pagani oratiōes et elemoſinas facerent et decimas
templis offerrent et cetera que chriſtianis mors ē adimplerent. xxix.
Quibꝰ modis locutꝰ ē paganitatē extollē et milites idol' īcliare. xxx
De corpe mr̄is babile et de ſimlacro appollis fulmīe cr̄mato. xxxj.
De publicatione vaſorum eccłiaſticoꝝ et quō iulianꝰ prefectus et fe-
lix annihilantes eccłiaꝝ diuinitus ſint puniti. xxxij.
Quomodo apud antiochiam ſacerdotis filiꝰ eſt conuerſus. xxxiij.
Quomodo iulianꝰ aq̄s immolaticijs vniuerſa polluerit eiq̄ reſtite-
rit iuuencius et maximinus. xxxiiij.
Quomodo valentinianus qui poſt eū imparuit ꝓ aſpſione immo-
laticie aque miniſtrum pcuſſit templi, xxxv.
De artennio martire et publia abbatiſſa, Triceſimumſextum.
De Baſilio atq̄ Gregorio, xxxvij.
De his qui amore pecunie a fide declinauerūt, xxxviij.
Quomodo iulianꝰ pecunias abſtulit xp̄ianis. xxxix.

Quomodo ab antiochenis irriſus ſit. xl·
De ſimulacro xp̄i quod depoſuit iulianꝰ. xlj·
De beneficio herbe que naſcitur ſimulacrū xp̄i et miraculis que ꝑ lo=
ca diuerſa pro nomine xp̄i fiūt, xlij· limoꝝ. xliij
Quomodo iudeos iulianꝰ armauerit ɔ̄ xp̄ianos et de tēplo hieroſo
De bello partico et quomodo illic iulianꝰ ꝑexit. xliiij·
Quomodo iulianꝰ mōchꝰ eiꝰ mortē anq̄ꝫ audiret ꝓnūciauit, xlv·
De conſulatu iuliani dicato. Quadrageſimū ſextum.
De peremptione iuliani, xlvij·
Que magie poſt mortē eius inuente ſunt. xlviij

NVNC · IGITVR · DE · IVLIANO pauca dicenda ſunt eiꝰ ꝙ genere ac diſciplina et quo=modo venerit ad imperiū. Conſtantinꝰ qui bizancium ſuo noīe conſtātinopolī appellauit · duos habuit ex eodem patre nō ex eadem matre germanos : quoꝝ vnꝰ dalmaciꝰ alter conſtācius vocabat̄. Et dalmacius q̄dē habuit ſui noīs filium Conſtācius aūt duos habuit natos Gallū et iulianū. Poſt mortē Conſtātini conditoris cōſtātinopolitane ciuitatis dū milites iunio=rem dalmaciū pemiſſent tunc et iſti defūcto iam patre pene mortis periculo cum dalmacio ſuſtinuerant · niſi gallū quidem egritudo q̄ putabat̄ ineuitabilis liberaſſet iulianū etas infantis · Erat enī an=norū octo, Cunq̄ꝫ ab eis feruor impatoris quieuiſſet · Gallus circa epheſum apud doctores erat vbi etiam a progenitorib' poſſeſſiones habebant. Porro iulianus creſcens in auditorijs conſtantinopolita=ne vrbis exercebat̄ in baſilica vbi doctores erant habitu ꝑuato pro=cedēs Habebatq̄ꝫ Eunuchū noīe mardoniū grammaticū Nicodem laconenſem Rhetoricam vero legebat apud eubolū ſophiſtam tunc xp̄ianū · Quod prouidentia quippe Conſtancij geſtum eſt · ne apud paganū ſophiſticam legēs ad eius ſupſtitiōis dogmata declinaret. Erat enim iulianus ab inicio chriſtianus. Cunq̄ꝫ in lectione ꝓficēt fama per populū volitabat quia poſſet etiam romanam gubernare rempublicam. Quod dum latius panderetur : eſtuationes induxit impatori conſtantio. Quamobrem abſtinuit eum ab vrbe regia et miſit ī nicomediā precipiēs ne dueniret apud libaniū ſophiſtā ſpr̄ū Tunc enī libanius a pedadogijs conſtantinopolitanis expulſus :

nicomedia morabať, Probibebatur ergo iulianus apud libanium
legere eo ꝙ paganus eſſet. Veruntñ librorũ eius lectionibꝫ vtebat᷑
Cunqꝫ proficeret in rhetorica· ſupuenit in nicomediam maxim⁹
philoſophus non ille bizancius pater eudidis · ſed ephesius quem
poſtea quaſi artes magicas exercentem · valentinian⁹ imperator p̃=
cepit occidi, Tunc igitur non ob aliam cauſam nicomediã veñat·
niſi iuliani fama protractus, Apud quem iulianus cũ verba phi=
loſophica pregustaſſet ; cepit etiam doctoris imitari religionem, Is
enim etiam imperij cupidinem aĩo ei⁹ immiſerat . Cunqꝫ hec nõ
laterent aures imperatoris inter ſpem metũqꝫ oſtitutus· ſuſpicionẽ
celare volens quia qui duodum integer fuerat christianus poſtea ꝓ=
ditor eſt effectus tonſus monachicam ſimulabat vitam· et latenter q̊=
dem exercebať in philoſophia ; in manifeſto aũt ſacros christianoꝝ
legebat libros, Deniqꝫ in eccl̃ia nicomedie lector eſt conſtitutus et ſub
hoc habitu furorem declinauit imperatoris. Hec equidem pre ti=
more faciebat nequaq̃ꝫ · a ſpe recedens quam mente conceperat · di=
cebatqꝫ plurimis amicoꝝ ſuorũ · felicia fore tẽpora · quibus ipſe rerũ
potiret᷑ imperio. Dum hec itaqꝫ contra eum ſic agerent᷑ german⁹
eius gallus· ceſar conſtitutus ; venit ad nicomediam· viſurus eum
cum pergeret ad orientem. Poſt paululum perempto gallo repente
iulianus quoqꝫ fit ſuſpectus imperatori · qui etiam cuſtodiri eũ pre=
cepit. Et dum fuga lapſus fuiſſet · diuerſa loca circumeũdo ſaluat⁹
eſt · vixqꝫ ſero vxor imperatoris euſebia celatum inueniens ſupplica=
uit imperatori · quatenus nihil mali pateret᷑ · ſꝫ ut potius ad philoſo
phandum mitteretur Athenas, Theodoricus. Ca · ij ·

Cepit igitur iulianus imperialia ſceptra deſiderare, Quam
obrem diſcurrẽs vniuerſam helladam · vates querebat reſpõ=
ſa reddentes ; conſulẽs ſi ad ſuũ imperiũ perueniret. Inuenitqꝫ virũ
qui ei deſiderata ſe dicere fateretur . Is eum perducens ad quendam
idolorum locum et introeuntes in aditum ſeductores demones euo=
cauit, Quibꝫ ſolemniter apparentibꝫ terrore compellit᷑ iulianus
in fronte ſua crucis formare ſignaculũ ; Tunc demones trophei do=
minici figuram reſpicientes · et ſue recordati deuictionis repente di=
ſparuerũt. Quod agnoſcens magus cepit culpare iulianum. At
ille et terrorem ſignificauit · et crucis ſe dixit obſtupuiſſe virtutem eo

ꝙ videntes hoc ſignum demones euanuerunt. Porro magus · non
hoc ſuſpiceris inquit o bone vir · quia timuerint ſicut ais · ſed ab-
hominati hoc ſignum potius abſceſſerũt. Et ita capiẽs miſerũ odio
repleuit chriſtiani ſignaculi iulianum,

Poſt hec igitur imperator euocauit iulianũ et cõſtituit ceſarem
dansqꝫ ei coniugem conſtanciam ſororem ſuam· contra bar-
baros eum deſtinauit ad gallias, Hi nanqꝫ barbari quoꝝ impator
conſtantius contra magnentium ſolacia petierant cum nihil profu
iſſent contra tirannum romanoꝝ vaſtabant vrbes, Cum ergo eſſet
iuuenculus iulianus · iuſſit ut preter conſilium ducum nihil moli-
ri preſumeret. Cumqꝫ illi accepta poteſtate negligerent et propterea
barbari ſuparent ; Tunc iulianꝰ quidem duces delicijs vacare ꝑ-
miſit · ſumens autem milites· eisqꝫ ſpolia ꝑemptoꝝ hoſtiũ compro-
mittens ; initium vincendi barbaros fecit· et amorem ſuũ apud mi
lites collocauit. Fertur itaqꝫ dum aliquam ciuitatem fuiſſet ingreſ-
ſus · quia corona laurea quibꝫ ſolẽt ciuitates ornari inter colũnas
pendens rupto fune ſuꝑ eius decidit caput eumqꝫ aptiſſime corona-
uit. Quo facto cuncti clamauerunt · quia ei ſignum foret imperij .
Aiunt enim quidam conſtantiũ ꝓpterea eum ad barbaros direxiſſe
ut ibi deficeret · Sꝫ neſcio vtrum vera ſuſpicio ſit ; nam qui ei ger-
manam dedit vxorem ſi hoc cogitaſſet contra ſe potius inſidias exci
taret, Cum igitur iulianus apud imperatorem de ducum negligen
tia quereretur · Alter mittitur magiſter armorum eius alacritati cõ-
ueniens . Cuiꝰ miniſterio cum barbaris fiducialiter eſt congreſſus .
Et dum illi per legatos literas imperatoris eos ad ꝓuincias inui-
tantis oſtenderent · tunc ille legatos eoꝝ miſit in vincula · factaqꝫ
congreſſione vicit· ita ut etiam captum regem conſtantio dirigeret
Hac felicitate prouectus a militibus appellatur auguſtus. Cũqꝫ co-
rona deeſſet imperialis· vnus ſigna portantiũ· torquem quam habe
bat in collo ſumens iuliani capiti circumpoſuit. Hoc ergo modo
iulianus imperator ẽ factus , Que vero poſtea geſſerit ille philo
ſophus · iudicent audientes. In illo nanqꝫ ꝑncipio non miſſa lega
tione apud conſtantiũ nec animum benefactoris placans · quecũqꝫ
ei videbant̃ agebat modo iudices mutando prouinciales modo de-
rogando conſtancio · et per vrbes ſingulas publice relegendo ab eis

barbaris definitas epiſtolas, Quamobrem plurimi eū ſequebātur
a conſtantio recedentes. Tūc iꝰ etiam figmentū xp̄ianitatis ab=
iecit, Et dū circuiret diuerſas vrbes· aperiēs templa idolis offerebat
et ſemetipm̄ paganoꝝ pontificem noīabat. Cūqꝫ talia gerēt inte
ſtinum bellū contra conſtātiū queſita occaſiōe preparabat· et q̄ntuꝫ
ad eum ꝑfici potuit· non enim ſine multo ſanguine ſtudium eius
potuerat adimpleri niſi deus conſilioꝝ iudex alterū ſine alteriꝰ con=
certatōe finiſſ. Nā cū veniſſ iulianꝰ ad trachias nūciatū ē mortuū
fuiſſe conſtantiū, Et hꝰ modo inteſtino bello romanū liberat̄ impiū
Veniens aūt iulianꝰ conſtātinopoli cogitare cepit quēadmoduꝫ
ſibi populū complacaret et eoꝝ fauorem decent̄ acquirēt· qd̄ hac arte
fecit, Bene nanqꝫ ſciebat conſtātiū ab oībꝫ ꝑplis nomē conſubſtātia
litatis amplectētibꝫ odiri, Ob quā rem ab ecc̄ijs videbant̄ excluſi· ac
ep̄i confiſcati exilioqꝫ directi. Simul etiam nouerat et paganos fuiſ
ſe contriſtatos· ꝓhibitione ſacrificioꝝ· deſiderare tp̄s adipiſcī· quo
eoꝝ aperirent̄ tēpla· et haberēt idolis immolādi licētiā. Sic igitur
vtrunqꝫ populū meroribꝰ vulnatū· a defūcto cognoſcēs et cōmunit̄
omnes eunuchoꝝ violētia et precipue euſebij rapinis ingemiſcētes·
apud omnes ſemetipm̄ artificio velamīe commēdauit. Et alijs q̄dē
ſe fingebat parcum· alijs aūt ꝑ vanā gloriā largus erat· oībus tn̄
in cōmune qualꝫ eēt religione monſtrabat. Et ꝑmū quidem crudeli=
tati conſtancij circa ſubiectos derogans· et eam corā ꝑplo vniuerſo
redarguens· iubet ep̄os exilio deportatos euocari· et confiſcatas eoꝝ
reddi ſubſtātias. Templa quoqꝫ paganoꝝ velocit̄ ſuis neceſſarijs ꝑ
cepit aperire. Eos autē qui fuerant ab eunuchis oppreſſi recipe que
male ab eis fuerāt abrepta ſanciuit, Euſebiū ꝟ preſidentem impiali
cubiculo· morte dānauit, Non ſolū quia multos opp̄ſſerat· ſꝫ quia
gallū quoqꝫ fratrem ſuū eius accuſatione audierat interemptū. Et
corpus quidem conſtancij regio honore ſepeliuit, Expulitqꝫ palacio
eunuchos tonſores et cocos. Eunuchos quidem quia eiꝰ vxor obie=
rat· pꝰquā nō duxit aliam, Cocos aūt· eo qꝫ cibis ſimplicibus vtēt̄
Tonſores aūt vnus inq̄t ſufficit multis, Scriptoꝝ aūt plīmos for=
tune antiqꝫ reſtituēs reliq̄s eoꝝ mercedē ſcripſē dari ꝑcepit, Abſcidit
quoqꝫ etiā publicū curſū mularum· caballoꝝ quos publicis iuſſit
vtilitatibꝫ miniſtrari, Hec eiꝰ opa laudant pauci plurimiqꝫ vitupāt

quia remoto faſtu palacij contemptibile videbatur imperiū, Is enī etiam noctibꝰ vigilās conſcribebat libros· et deſcendens in ſenatum publice recitabat. Solus enim imperatorum a iuliano ceſare. In curia ſenatus recitauit orationes; honorabat diſciplinarū cultores maxime philoſophantes. Quamobrem fama vndiqꝫ congregabat huiuſmodi viros emanentes circa palacia · qui circūamicti pallijs magis habitu q̄ magiſterio pandebanť. Erant graues vniuerſis chriſtianis ſeductores viri et impatoris ſemp religioni fauenteſ· Habēs itaqꝫ iulianꝰ plurimū vane glorie viciū cunctos añ ſe principes lacerauit in orationeqꝫ de ceſaribus ſcripſit. Hac ergo arrogantia motus etiā contra chriſtianos ſcripſit libros. Vt ergo cocos atqꝫ tonſores expelleret opꝰ philoſophi nō tñ impatoris fuit. Vt aūt detraheret atqꝫ laceraret· neqꝫ phĩ neqꝫ pĩcipis fuit. Sozomenꝰ,

VErtur itaqꝫ mox ĩ ipō pĩcipio iulianū ſic apte et impudenť negaſſe xp̄ianam fidem ut quibuſdā ſacrificijs et inuocatiōibus quas expeditiones pagani vocāt · et ſanguine immolationis nr̄m baptiſma ſtuderet ablui et abrenūciari ecc̄iaſtice confeſſioni. Ex illo enim tempore tam ſecretim q̄ publice et in templis licenť pagani ſacrificia celebrabāt, Ferť quia dum aliqñ ſacrificaret oſtenſū ſit ei in viſceribus pecudis immolati ſignaculū crucis corona circūdatū. Quo viſo alios quidem ſacrificij miniſtros fuiſſe perterritos · eſtimantes quippe huiuſmodi religionis virtutem· et chriſtiani dogmatis eternitatem· eo ꝙ corona que circumdabat crucem · victorie eēt indiciū. Et quia ambitus circuli a ſuo principio nuſq̄ terminaretur· magis rurſus reūteretur in ſemetipō. Cūqꝫ ceteri mirarentur princeps hac ſcientia confortauit eos dicens· proſpera et utilia ſibi ĩdicia fuiſſe monſtrata· et q̄a magis ſignū dogmatis chriſtiani coherceret nec ei q̄ vellet dilatari licēt circuli termino circūſeptū. Theo·

IVlianꝰ igiť metuēs ꝯſtātinū quia genere proximos tiranni dis formidine perimebat· lectoꝝ ē ſociatus choro et diuinos codices in ecc̄ia pp̄lo audiente legebat, Nam et baſilicā martirum edificauit quā diuina prouidētia non ſuſcepit. Sozomenus

CVm adhuc pueri gallus et iulianꝰ in cappadocia morarent' Aiūt habuiſſe eos tūc ſtudiū ut maximā baſilicam ad ſepulturam martiris mamme fabricarentur et inter ſe diuiſerunt opus,

Cunqꝫ ambo certarēt ī edificio ut alter alterum ſuparet fertur aliqđ prouenīſſe miraculum. Et niſi hactenus ſupereſſent · qui hec ſe audiſſe ab inſpiciētibꝰ enarrarent videretur forſitan incredibile. Galli nanqꝫ pars augebať et omnino creſcebat · Juliani vero labores decreſcebant · alij quidem fedebantur · alij terra ipa euomente ruderibus implebantur · alij quotiens depoſita fundamēta terre copulare nō poterāt ac ſi quedam violenta virtus ex loco inferiore eos repcutiendo depelleret. Que cauſa cunctis apparebat eē ꝓdigioſa. Ex illo nā ꝗ eſtimabant quia non eſſet vir ille in religione chriſtiana ſalubris.

## SOZOMENUS.

CUm igitur ſolus tenuiſſet imperium templa ꝗ reſeraſſet · et alia repararet · omnem deuotionem etiaꝫ miniſtris templorū affluentius impendebat. Sepe vero ciuibus in commune reſcripſit ut ad paganos accederent ritus · ut eius donatione fruerenť. Chriſtianis ſe inimicū aperte deſignās · ita ut neqꝫ venire ad ſe eos vellet neqꝫ legationes eoꝝ ſuſciperet. Deniqꝫ cū per ſe mouiſſent bellū · legationem mittentibus niſibinis tanquā oībꝰ chriſtianis et neqꝫ tēpla reſerantibus neqꝫ ad eoꝝ ſacra ꝓuenire volentibꝰ · interminatus eſt non ſe auxiliū prebiturū · nec legationē quaſi pollute ciuitatis eē ſuſcepturū neqꝫ ad eos primitus acceſſurū niſi cognoſceret ī paganitatem eē mutatos. Hic enī locus apud paleſtinā queſtus de conſtantinienſibus delegauit. Hic enim locus cū eēt gaze portus · et maiomia vocaretur eētqꝫ chriſtianis plenꝰ a conſtantino dignitatem meruit ciuitatis et ex filij eius nomine conſtancia nuncupata ē. Iniuſtū enim arbitratus eſt conſtantinus ut paganis ſubdita videretur eē gazenſibus. Tunc ergo iuliano regnante litem gazei conſtantinienſibus intulerunt. Quo iudice reſidēte conſtātiā eis rurſus ſubdidit diſtantem quaſi ſtadia viginti. Et ex illo ſublato priori noīe gaze · maritime vocabulo nuncupať. Habet enī cōmunes iudices aeqꝫ duces ; ſola ꝟ iura eccleſie duas videnť oſtendere ciuitates. Vtraqꝫ enim ſuū epm habet et clerum et vigilie martirū atqꝫ collectarū · apud eos ſeorſum fiūt. Et termini vtriuſqꝫ epiſcopatus eccleſie ꝗ ſubſiſtunt. Quodam tempore defuncto maiumeno pontifice quidā preſulū ecclie gazeoꝝ ſtuduit vtrūqꝫ clerū ſue dicioni ſūmittere · phas nō eē dicēs vt vni ciuitati duo epi preſiderēt. Reſidētibꝰ maiomenis

deliberauit prouīcie ſinodus·ut eis ꝓpriū ordinaret epm· Oportere
credens · ut qui ſub conſtantino ꝓpetatis religione ciuitatis habere
priuilegia meruerunt et pagani principis iudicio hec amiſerūt· In
ſacerdocijs et ordine eccleſiarū nequaq̄ꝫ dato antiquitus honore pri=
uarentur. Ea ſiquidem tempeſtate ceſariam cappadocie maximā
ac feliciſſimam ciuitatem ita vocari prohibuit eiqꝫ appellationem ā=
tiquam ceſaris abrogauit·quam a claudio ceſare promeruerat, Nā
prius mazaca vocabatur. Habebat enim odiū eius antiquitus· eo
ꝙ omnis eius eēt populus chriſtianus · et templum ſe iouis et pa=
trui deſtruxiſſet appollinis. Nam cum etiā eo regnāte fortune ſacel=
lum quod ſolū remanſerat a chriſtianis fuiſſet euerſū ꝫ ciuitati cru=
deliter erat infeſtus et paganoꝝ populos illic habitantes valde cul=
pabat. Qui ſemetipſos non eſſent vlti·et qōlibet ꝓ fortuna ſuſtinu=
iſſent, Omnes vero poſſeſſiones atqꝫ pecunias ceſarienſium ecc̄iarū
cum verberibus exquirens·ad mediū iuſſit afferri, Mox qꝫ ex eis tre
centas auri libras in erario publico collocauit, Clericos aūt vniū=
ſos aggregari inter milites iuſſit· duci prouīcie ſeruituros quod eſt
nimis graue et vehementer iniurioſū ꝫ populū vero xp̄ianoꝝ cum
vxoribus ac filijs inſcribi precepit et tanquā vicaneos tributa per=
ſoluere, Cum interminatione iurans quia niſi templum rurſus fe
ſtinanter edificarent·et ciuitatem nimis affligeret et neqꝫ capita ſua
galileos habere ꝑmitteret. Sic enim ſolebat euocare xp̄ianos· quod
forte venerat niſi fine celeri defeciſſet., Quintum .

In initio nāqꝫ parcēs chriſtianis ꝑores clemētior viſus ē ꝫ Sciēs per=
ſecutores nihil profuiſſe ad augmentum paganitatis· ꝙ punierint
xp̄ianos· qui magis hinc creuerint et facti ſint glorioſi pro vero do=
gmate morientes . Inuidiam ergo habēs coꝝ glorie a tormentis ab=
ſtinuit· iudicans eē neceſſariū ut ſ̄mone potius et ammonitiōe ad
paganitatem colendam populo ſuadere credens etiam hinc ſe mon
ſtrare clementem, Sextum·

Dicitur enim quia dum conſtantinopolim apud fortunā ſa=
crificaretur verbis acceſſiſſet ad eū maris ep̄s calcedone et pu
blice impiū et ſine deo apoſtatamqꝫ vocitaſſet. Illū vero ſolā ei im=
ꝓperaſſe cecitatem. Erat enim ſenex et ꝓ imbecillitate oculoꝝ manu
alterius agebatur, Suꝑ hec etiā volens lacerare deum conſuete dixit

Neqꝫ galileus deus tuus curare te poteſt, Reſpondens vero maris
Ego inqͭ deo meo ꝓ cecitate gratias ago· quia hoc ideo eſt geſtum
ne te videã pietate nudatũ. Imꝑator aũt nihil reſpondẽs abſceſſit.
Sic enim putabat potiꝰ roborari paganitatem ſi ſe patientẽ ac mitẽ
chriſtiano populo demõſtraſſet. vij·

HEc itaqꝫ faciens eos qui fuerãt a conſtãtio fugati ꝓ religione
reuocauit· et confiſcatis patrimonia ſua reſtituit· precipiẽs
populo ut nulli lederẽt xp̄iano· neqꝫ nolentẽ ſacrificare compellerent
Sponte vero accedẽtes ad aras priꝰ expiari apud demones purgari
qꝫ ſolitis eoꝝ ſacrificijs preparabat. Clericis aũt oĩa ꝑuilegia ho=
nores conſuetudineſqꝫ ſubſtraxit; et leges poſitas ꝓ eis ſoluit· ipſos
qꝫ curie tradidit; Simul et virgines atqꝫ viduas que ꝓ penuria i=
ter clericos paſcebant᷑· iuſſit exigi ea que dudũ a publico accepiſſe
videbant᷑. Conſtantinꝰ enim imꝑator diſponẽs res eccĩarũ vnicuiqꝫ
ciuitati ꝯſpexit· ut clerus ſufficientie emolimenta ꝑciperet· et hoc lege
firmauit Quod hactenus mortuo iuliano ſeruat᷑. Hanc exactionez
aiũt nimis fuiſſe crudelẽ. Auferebat enĩ ſubinde pecunias et orna=
mẽta ſacra templa qꝫ que ſub ꝯſtantino et conſtãcio fundata erant
deſtruebant᷑, Date ad edificia pecunie rurſus exigebant᷑. Hac occaſi
one ſacerdotes et clerici et populus xp̄anꝰ crudeliter vexabat᷑. viij

PEr idem tempus in alexandrinoꝝ maxima ciui= Socrꝫ
tate contigit ex hꝰ modi cauſa ſedicio· Erat locus quidã in ci=
uitate antiqͥs temporibꝰ deſolatꝰ atqꝫ neglectꝰ· multaqꝫ ſorde ꝯpletꝰ
Hic pagani olim dee Methrees ſacrificantes homines imolabant.
Quem locũ conſtãciꝰ quaſi vacantem eccĩe alexandrine conceſſerat
Hic georgius volens oratoriũ fabricari· repurgiũ faciebat, Quod
dum fieret inuentũ ẽ illic aditũ ĩ multa profũditate conſtructũ· In
quo paganoꝝ miſteria celabant᷑. Erant enĩ ibi caluarie hominũ plu
rime maioꝝ pariter et infantũ q̄ perhibebant᷑ illic extincti ut ex eorũ
viſceribus artes magice exercerent᷑, Hec igit᷑ xp̄iani reperientes in
aditu mithre· ſtuduerũt ad irriſionẽ paganoꝝ vniũſis hec facinora
reſerare· deuulgabantqꝫ capita hominũqꝫ compererant, Hec igit᷑
alexandrie pagani reſpiciẽtes· et opprobriũ non ferentes ira ſuccen=
ſi ſunt· et omne quod ad pñs inuenerunt arma iudicantes impetu
contra chriſtianos facto multos interemerunt. Alios gladijs· alios

fuſtibus aut lapidibus· alios funibus ſtrangulātes · quoſdā etiam
crucifigentes ad ſacre crucis iniuriā· plīmos diu̍ſis vulnerib⁹ affli-
gentes. Et ita geſtū ē · ut neq̧ ꝓximis parcerent, Sed philoſophus
philoſophū percuſſit ut frater fratrem· parētes filios· et inuicē ī ſua
nece ꝯſūmati ſūt· quāobrē xpiani eūdē locū ꝑgare ꝯcurrerūt, SOZO.

Interea cum iudices denunciāſſent mortuū fuiſſe conſtanciū et imp-
are iulianū ſedicionē fecit in alexandria ppl's paganoꝝ. Et impetu
facto ſup Georgiū vinculis eū ī carcere alligauerūt· Quē etiā poſt
paululū veniētes ad carcerē ꝑemerūt · ei⁹q̧ cadauer imponētes ca-
melo· a mane vſq̧ ad veſperā ꝑ totā pompauere ciuitatem · et circa
veſperā concremauerunt · quod multi arrianoꝝ ferūt ab amatorib⁹
athanaſij factū eē . Sed ego reor indubitanter hoc feciſſe gentiles
cū vtiq̧ et querelas haberent adu̍ſus eū ꝓpt̄ idola et temploꝝ iniuri-
as· ꝓhibitionemq̧ ſollēnitatū . Quod etiam iulian⁹ ſic ſe habuiſſe
teſtat̄ ꝑ literas ad alexandrinos miſſas· ī quibus culpat eos penā q̧
relaxat· quaſi ꝓpt̄ reuerentiā ſerapis quē ciuitatis ꝯſeruatorem dicit
et alexandri conditoris ei⁹ nec nō iuliani auunculi ſui in paganitate
deuoti · et xpianos nimis odiētis. Decimum .

Dicitur enī quia ſtudiū habuerit ut in theſauros impatorios
plurima et precioſa eccleſie antiochene vaſa reconderet· et q̄a
clauſiſſet eccīas· et vniu̍ſos clericos effugaſſet ſolūq̧ tunc theodoricū
ſtetiſſe preſbr̄ū. Quē dū tāq̄ vaſoꝝ cuſtodē ꝯphenſū crudelit̄ ſauciaſ-
ſet et nouiſſime precepit gladio occidi Qui fortiter inter vniu̍ſa tor-
menta reſpondit et pro dogmatis confeſſione deuicit, Cunq̧ vniu̍ſa
deo dicata vaſa et pallia collegiſſet et proiciēs hec ī t̄rā ꝯtumelijs &
iniuriis et voluit agēs xp̄m ſup ea etiā ſedit et cumulū auxit iniuri-
arū, Moxq̧ verenda eius et loca femorib⁹ circūpoſita ferūt eē ꝑcuſſa
et ad tantā ꝑuenit vſq̧ putredinē ut v̊mes crearet medicis laboran-
tib⁹ nec valētib⁹ vincē paſſiōez. Cōficiebant̄ enī oīmoda precioſaq̧
medicamīa ex piguib⁹ volatilib⁹ ut eoꝝ craſſitudīe corrupta ⁊ pu-
trida mēbra linirēt̄ Hoc facto v̊mes ad ſupficiem ꝓuocabāt· q̄ ī ꝓ-
fūdo ebulliētes viuas ſerpebāt in carnes et donec morēt̄ nō fuit ab
hac paſſiōe ſec⁹. Hoc itaq̧ claruit diuīa indignatiōe geſtū dū etiā
cuſtodes impialiū theſauroꝝ et alij plīmi adu̍ſus eccīaꝫ inſurgētes·
inopīata ⁊ mirāda morte defūcti ſūt q̄ſi ſupna indignatōe dānati·

His dictis tempus eſt ut memoriam faciamus euſebij et xj.
nectarij et zenonis fratrũ xpianoꝝ contra quos odiũ exercen-
tes populi gazeoꝝ domi celatos et comprehenſos vinculiſq; traditos
atq; flagellatos poſtea ꝯueniẽtes ĩ theatrũ aduerſus eos clamare ce-
perunt quaſi eoꝝ tẽpla deſtruxiſſent et ad iniurias paganoꝝ preterito
tempore multa geſſiſſent, Cũq; alterutros ut vulgi moris ẽ excitarẽt
concurrentes ad carcerem et educẽtes eos crudeliter occiderunt nunc
in terra pronos nunc ſupinos trahentes atq; percutiẽtes et vulnerã-
tes lignis lapidibꝫ atq; fuſtibꝫ Audiui etiã mulieres egreſſas et cũ
radijs telarũ eoꝝ corpora vulneraſſe . et cocos et publicos alios aq;
alios feruentes ollas fudiſſe ſuꝑ eos. Alios ſub illis eoꝝ membra ꝑ-
foraſſe, Cumq; eos dilaceraſſent capita q; fregiſſent. ita ut cerebrũ in
terra iaceret deduxerunt ãn vrbẽ vbi ſolebãt mortua iumenta ꝓicẽ
Ibiq; eoꝝ corpora concremãtes oſſa que remanſerant inter cadauera
cameloꝝ et aſinoꝝ ꝑmiſcuerũt ne poſſent facile repperiri. Qđ nõ diu
latuit. Quedam nanq; mulier xpiana non tantũ de gaza . diuino
precepto ꝑ noctem ea colligens in rima recondens. zenoni eorũ con
ſobrino ſeruanda contradidit. Deus enĩ per viſũ mulieri reuelauit
hunc virũ. Ei nanq; erat ignotus et nuꝑ habita ꝑſecutione celabatᷣ
Hoc ergo modo ꝑ mulierẽ reliquias eoꝝ accepit et interim domi ſer-
uabat. Cũq; is eiꝰdẽ ciuitatis ſuſcepiſſet epatũ . imꝑante theodoſio . fabri
cata baſilica ãte ciuitatẽ et altari fixo oſſa martirũ collocauit. iuxta
confeſſorem neſtorem, Qui dum in vita ſua cum iſtis ſuis ꝓximis
habitaret cũ martiribꝫ comprehenſus a populo vinculis eoꝝ flagel
lis q; participatus eſt, Is enim dum traheretᷣ habẽs pulcherrimũ cor
pus ad miſerationem perſequentes adduxit quem ante portas ſemi-
uiuũ morti tñ proximũ proiecerũt, Hunc colligentes quidã . zenoni
detulerũt apud quem dũ curaretᷣ defũctus eſt. xij.

Inter hec aũt dũ hilarionẽ monachũ gazei requirerẽt fugit in ſiciliã
vbi ligna de montibꝫ colligẽs et in ciuitate vendẽs tranſiebat cotti-
dianã vitam, Cumq; eiꝰ illic virtus fuiſſet patefacta ꝑ demones . ve-
nit in dalmaciã , Ibiq; virtute diuina plurima miracula faciebat.
ita ut etiam mare qđ quedam occupauerat loca oratione repelleret .
Sed etiã hinc rurſus abſceſſit quia vbi laudabatᷣ habitare declina-
bat demutando loca cunctis eẽ ſtudebat incertus atq; opinionẽ ſuã

crebra migratione deſtruere, Nouiſſime vero dū nauigaret cyprū
venit in paſum. Inuitat⁹q3 ab ep̄o paſi. dilexit locū. et circa prediū
carpoi nuncupatū philoſophat⁹ eſt. Quem ut martir nō eſſet fu-
ga prohibuit. Fugiebat enim quia preceptū diuinū non expectare
perſecutores, Nam qui in perſecutione comprehendunt᷑. fortiter ferre
iubētur, Gazei ſiquidem et alexandrini contra xp̄ianos talia geſſiſſe
noſcunt᷑, Sed heliopolitani et arethuſij ſiriā habitātes ad tantā
venere crudelitatē ſicut illoꝝ temporꝝ homines explanarūt ut ſacras
virgines inſolitas a populo videri. publice nudatas ſtare cogerēt
in theatro. quas primitus irriſerunt poſtea totōderūt nouiſſime per
mediū ſectas porcos ut eas comederēt prouocabāt, Vt ergo reor he-
liopolitas ad credulitatē al's crudelitatē ſacrarū virginū res illa per
duxit eo q̄ paterna conſuetudo qua fornicabant᷑ eoꝝ virgines. An-
teq3 nuberēt ꝓhibita viderēt. Conſtantin⁹ enī deſtructo in ea ciui-
tate veneris templo pri⁹ apud eos conſtruxit eccleſiā et conſuetas for
nicationes lege ꝓhibuit exerceri, Arethuſij vero marcū ſue ciuita
tis ep̄z ſenē vita et conuſatione reuerendū mirabili morte peremerūt
Hunc enī etiam pri⁹ habuerūt odioſū. eo q̄ conſtantini temporib⁹
ut paganos ad xp̄ianitatē reduceret templū eoꝝ ornatiſſimū precio
ſū q3 deſtruxerit. Cūq3 iulian⁹ impaſſet motus ī eū eſt. et precepit
ut aut eſtimationem templi redderet aut illud rurſus edificaret, Et
dum vtrunq3 impoſſibile foris xp̄ianis ſimul et ſacerdoti p̄mo fugit
ſcḋm euangelicā legē. Poſtea vero cū multi xp̄i eū periculis et neceſſi
tatibus ſubderent᷑. de fuga reuſus eſt et ſpōte ſemetip̄m populo q̄ ī
eo vellēt exercere oſtradidit. Qui dū laudare philoſophiā debuiſſent
credentes potius contemptorē eē irruētes in eū et per ſingulas plate
as trahentes ei⁹ capillos et membra dilacerabant viri ſimul et femi
ne ita ut ſubtilibus reſtib⁹ eius aures abſcinderent. Verū infantes
apud magiſtros poſiti deludebāt ei alapis cedentes et graphijs ſine
aliqua parcitate pungētes. Quem etiam in cunicula depoſuere ſen
tencia. Cūq3 adhuc reſpiraret eū ex melle et liquamine pungētes et
in ſportam mittētes. appenderūt in aerem, Dicit᷑ g° quia tunc veſpis
et apib⁹ eū contingentib⁹ et carnes ei⁹ veſcentib⁹ dixerit arethuſijs.
Quia ip̄e quidē eēt excelſus illos vero videret in humili conſtitutos
Sed poſtea hoc etiam ip̄os fore paſſuros. Theodoricus.

HEc igiť agẽtes cogebãt eũ ut templũ reedificaret aut ut daret expenſas, Qđ dũ non faceret putantes paupẽ vel medietatẽ petebãt pecuniarũ nouiſſime vel paucũ aliquid exigebãt. Quibuſ ait Nec vnũ obulũ pro oĩbꝫ dabo. Sic igiť ſupati ab eius ſe ſuſpendere ſuplicijs.

SOZOMENVS. x iij.

SErmo fertur quia tunc prefectus precipue paganꝰ fuerit amiratus marci conſtãtiã et ad principẽ veniẽs quereret dicẽs eſſe verecundũ. vt ĩ vno ſene tanta tormẽta cõmitterenť et xpianos dum talia paterenť fieri glorioſos ſe vero eẽ magis obprobriũ. Marcus ergo tali ẽ fine coronatus. Eodem tpe macedonius quoq; theodolus et tacianus phryges martirij pignora conſecuti ſũt. Nã dũ meroe ciuitate phrygie templum aperuiſſet prouincie iudex et longo tempore plenũ ruderibꝫ emundaret. ingredientes iſti p noctẽ idola contriuerũt, Cumq; ꝓpť hoc multi comprehenſi ad ſuppliciũ ducerẽť illi ſemetipos innotuerũt. Quos dũ iudex quaſi habita ſatiſfactiõe delictoꝝ nollet occidere populis clamãtibꝫ vario tormẽtoꝝ gñe caſtigauit. nouiſſime vero in craticula ſuppoſitos ardere precepit. Cũq; cremarenť ſi aſſis inquiũt carnibus omacie delectaris. ſic enĩ vocabatur iudex altera latera ignibꝫ obijce. Nedũ comedẽ ceperis carnes ſemicrudas inuenias, Et iſti ergo fortiſſimo certamine deuicerunt, Aiũt itaq; buſirin in ancyra galacie clariſſimã fortiſſimãq; habuiſſe confeſſionẽ cũ fuiſſet in hereſi que vocať encratiſtarũ id eſt abſtinẽtiũ. Hunc enim dũ iudex comprehẽdiſſet quaſi conť paganos inſilientem torquere volebat ĩ publico iuſſit q; ut appenderet ĩ ligno, Tũ buſiris extenſis cito manibꝫ ſupra caput nudauit latera dicẽs opus non eſſe ut miniſtri appendẽtes eũ deponẽtes q; laborarẽt. cũ eſſet ipe pronus ad penã quã vellẽt exercere et latera ſua tortoribꝰ ꝑpararet, Miratus q; eius promiſſiõez iudex rei experimẽto magis obſtupuit Nam dum vngule ferree eius latera vehementius exararent donec iudici placuiſſet ſuſtinuit manꝰ extenſas et plagas cũ alacritate ſuſcepit, Poſt hec autem reductus in vincula quieſcebat. Porro vero poſt paululũ morte nunciata iuliani vſq; ad theodoſij principatũ vixit et in eccĩa catholica acta penitẽtia priori hereſeos dũſatus eſt.

SOZOMENVS

Decimumquartum.

IN illo ſiquidẽ tempore ferũt vitam finiſſe martirio baſiliũ ec-
cleſie ancyrane preſbiterũ et euphyſichũ ceſarienſe cappadocie
ducta nup vxore dũ adhuc quaſi ſponſus eſſe videret. Euphyſichus
autẽ peremptus eſt ꝓpt̕ fortune templũ qꝺ ſicuti iam diximus dirutũ
fuerat et ĩ cõmune ceſariẽſes iram principis ſũt experti. et alij quidẽ
morte alij fuga multati ſũt. baſiliꝰ aũt ſtudioſus vir circa dogma
probatus dũ vixit conſtãciꝰ reſtitit arrianis et propterea eudoxij de-
creto ab ordine eſt remotus eccleſiaſtico. Cũ vero iulianꝰ tenuiſſet
imperiũ xpianos publice commonebat ut ꝓpriũ dogma ſeruarent.
nec paganoꝝ ſupſtitõe macularent. honores qꝫ collatos a principe
pro nihilo iudicarent temporalis utiqꝫ et ꝑpetue damnationis aucto-
ris. Propterea ergo in ſuſpicionẽ et odiũ veniẽs paganoꝝ quoꝫ pu-
blice ſacrificantes inſpiciẽs ſtabat et ingemiſcens orabat atqꝫ clama-
bat ne vllus xpianoꝝ hꝰ modi errore teneret obnoxius. comprehẽſus
et traditus ꝓuĩcie iudici. multa qꝫ tormẽta fortiter ſuſtinẽs martirio
coronatꝰ eſt. Hec ergo colligẽs ſub vno retuli. licet diuſi anni vel di-
es coꝝ videantur eſſe martirij. xv.

## THEODORICVS

QVe enĩ idoloꝝ ſeductionibꝫ ſubditi tp̃e illo commiſerint mlta
quidẽ ſũt ꝓprijs libris egentia. ſed ego ex multis pauca nar-
rabo. In aſcalona ſiquidẽ et gaza viroꝝ ſacerdotio dignoꝝ et mu-
lierũ virginitatis conuerſatione pollentiũ. diuidẽtes vteros et ordeo
cumulãtes oppoſuerũt comeſtioni porcoꝝ. In ſebaſtia vero que eſt
eiuſdem prouincie ciuitas Johannis baptiſte ſepulchrũ aperuerunt.
igni qꝫ tradiderunt oſſa vero ac puluerẽ diſperſerũt. Porro ſcelus
qꝺ ĩ phoenice cõmiſerũt qs poterit vl̕ dicere ſine lacrimis l̕ audire ꝫ
In heliopoli enĩ que eſt circa libanũ erat quidã diaconꝰ noĩe cy-
rillus. Is impãte conſtantino ſuccenſus zelo diuino mlta idola que
illic adorabant̃ contriuit et igni cremauit. Cuiꝰ actionis memoreſ
nec noĩandi viri nonſolũ ꝑemerunt eum. ſedetiã ſecantes ventrem
ex eius iecore comederunt. Qui tñ omniũ inſpectorẽ non potuerũt
effugere ſed dignas reddiderũt ſua preſũptõe penas. Quicũqꝫ enĩ
illo ſcelere participati ſũt dentibꝫ caruerũt et facti omnes eligues ſũt
Nam et ip̃e pariter defluxerũt conſumpta putredine. Perdiderũt eti-
am viſum et paſſionibꝫ ſuis ꝟtutẽ oĩbꝫ ꝑdicauerũt pietatibꝫ. xvj.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

N Emeſa vero que eſt in eius confinio ciuitatis dioniſogij in iudi
io eſt muliebri eccleſia que deo nuper fuãt edificata dicauerunt ad de
riſionẽ ſimulacrũ illic ſtatuẽtes androginũ id ẽ qꝫ virũ monſtraret
ac feminã. In doroſtolo vero inſigni thracie ciuitate emilianꝰ in
uictiſſimꝰ decertator a capitolino vniũſe thracie iudice igni contra
ditus ẽ. Porro marci arethuſij epi geſta vel paſſio ſuffodei conciõe
noſcat indigere indigne actus illiꝰ tragedie ordine recitentꝰ. xvij·
Nnumera quoqꝫ in oĩ alia terra et mare ab impijs contꝰ pios illo
tpe ſũt cõmiſſa. Tũc iꝰ apte deo odibilis impator contꝰ pietatẽ pone
bat leges· et primũ quidẽ interdixit galileoꝝ filijs· ſic enĩ ſaluatoris
nr̃i cultores denoĩabat poetarũ et rhethoꝝ atqꝫ philoſophoꝝ legẽ diſci
plinas. Proprijs inqͭ penis ſm ꝓ̃bũ vulnẽmi, Ex nr̃is enĩ arma
ti conſcriptionibꝰ contꝰ nos bella ſuſcipiũt, Poſt hanc aliã poſuit le
gem precipiẽs galileos expelli militijs, xviij·
Sĩt athanaſiũ de fuga remeantẽ alexãdrinoꝝ pplus libentꝰ excepit ex
mlĩerũ qꝫ eccl̃ijs arrianos eiecerũt et athanaſio ſepta veñabilia tꝰdide
rũt. Verũ arriani in domibus ignobilibus ſe colligẽtes ĩ loco geor
gij luciũ habuerũt. xix·
A ſiqdẽ tẽpeſtate lucifer caralꝭb ꝛ euſebiꝰ vercellꝭb epi impato
ris iuſſiõe ab exilio reuocãtꝰ. Vtqꝫ enĩ vlꝰ thebaidis tmios ab
exilio remeãtes tractabãt qꝫadmodũ corruptã eccl̃ie rgulã repararent
Placuit iꝰ ut lucifer ad antiochiã ſyrie pueĩret euſebiꝰ alexandriam
ut vna cũ athanaſio fcto ꝯcilio eccl̃ie dogmatꝰ roborarẽt lucifer tñ mi
ſit ĩ locũ ſuũ diaconũ p qꝫ ꝓfeſſus ẽ ratũ ſe habiturũ qd eẽt ꝯcilij ordĩe
ꝯſtitutũ. Ipſe aũt veniẽs antiochiã fluctuãtẽ ĩuenit eccl̃iaꝫ, Erat enĩ
intꝰ ſe diuiſa tꝰba· ꝛ nõ tm̃ hꝭb arriana q̃ erat ſꝭb euzio diuidebat eccl̃iã
ſꝫ etiã melicij ſeqͭces ſtudiũ hñtes ꝯca ſuũ pſulẽ a ſuis ꝯſortibꝰ receſſe
rũt. Tũc gꝰ lucifer ordians eis paulinũ epꝫ rurſus abſceſſit. Euſebiꝰ
autẽ veniẽs alexandriã cũ athanaſio ꝯciliũ celebrauit. xx·
Onuenerũt qꝫ ex diũb ciuitatibꝰ epi· et de maximis neceſſarijs
qꝫ rebꝰ habuẽ tractatũ. Vbi etiã de ſancti ſp̃us diuinitate tra
ctantes eum in conſubſtãtiali trinitate comprehẽderunt· et verbum
inhumanatũ non ſolum carne ſed etiam anima declararunt· ſicut
olim viris eccl̃aſticis complacuerat, Nõ enĩ nouã religionẽ in eccl̃iaꝫ
introduxerũt· ſed quomõ ab initio eccl̃aſtica traditio docuit xp̃ianos

Sic enī oēs antiqui ex hoc habita hui⁹ diſputatiōe ſmonis · ſcptaꝫ
nobis probatiſſimā reliquerūt Nam Hirenus et Clemens et Apol
linaris Hierapolitis et Serapion. Antiocene pſul eccleſie anima:
tum eum qui inhumanatus eſt in ſuis ſermonibꝫ ſūt profeſſi. Nec
non et ꝑ Berillū epiſcopum philadelphie in arabia conſtitute facta
ſinodus ſcribens ad eundem Berillū hec ipa contradidit ; ſed etiam
Origenes vbiqꝫ in ſuis libris aīatū nouit eū qui eſt inhumanatu'
proprie tamen nonus tom⁹ ei⁹ in geneſi · hoc ſacramentū congruent'
exponit vbi adam quidem xp̄m euam vero eccleſiam latius explana
uit. Hoꝝ itaqꝫ dictoꝝ digni ſūt teſtes ſanctus Pamphilus et qui ex
eo habebat cognomē Euſebius. Ambo nāqꝫ et communit' Origēis
vitam commendātes ꝛ eius aduerſarijs reſiſtētes inſignibꝫ qꝫ libri'
ſatiſfactiōeꝫ pro eo componentes · non primum Origenem ad hanc
diſputatiōeꝫ veniſſe dicunt · ſed miſticam eccleſie interpretatū fuiſſe
traditiōeꝫ. At illi qui alexandriam conuenerūt · non ſine ſubtili in:
ueſtigatione queſtionē de ſubſtātia et ſubſiſtentia reliquerūt. Oſius
nanqꝫ cordubē hiſpanie pſul de q̄ iam ſermo prelatus ē premiſſus
ab imperatore Conſtantino ut flammam tūc ab Arrio excitataꝫ ex:
tingueret · etiam Sabellij libienſis dogma deſtruxit · Et de ſubſtātia
ac ſubſiſtentia habuit queſtionem · Sozomenus.

Interea plurimi epī in Alexandria congregati ; cum Athanaſio et
Euſebio niceni concilij conſtituta roborauerūt et conſubſtantialem
patri ac filio ſanctum ſpiritum ſunt confeſſi trinitatēqꝫ noīauerunt
Et quōꝫ de ſubſtantia et ſubſiſtentia queſtio turbabat eccleſias ſapi:
enter decretum eſt ut his nominibus contra ſabellianos ſolos vtarī
nec nominū pia idem putetur eſſe ſubſiſtentia quod ſubſtātia, xxj.

Hec quidem tunc ſinodus agebat, Nos aūt de ſub: Socra.
ſtantia et ſubſiſtentia ſiquid nouimus abſurdum nō eſt bre:
uiter indicare, Igitur qui helladicā explanauere prudentiā ſubſtā:
tiam quidem diuerſo modo definierūt, Subſiſtentie vero neqꝫ ſmo
nem fecerūt vllū. Hireneus aūt grammaticus in libro vbi verba
per literam collegit etiam barbarū vocauit hoc verbū. Neqꝫ apud
aliquos antiq̄ꝝ dictū eē et vl' alicubi ſit inuentū non hoc indicare
quod nunc intelligit' ; nam apud Sophoclem in phenicia locum
inſidiarum ſignificare ſubſiſtentiam meminit. Apud menandrum

veluti feces que ex vino colligunt̃ in dolio· ſubſiſtentiam deſignare dicit, Sciendum tñ ꝫ q̃a licet antiqui philoſophi· hunc ſmonem reliquerint ꝫ tñ iuniores phoꝝ ꝓ ſubſtãtia ſubſiſtentia ſermone ſũt vſi. Subſiſtentie vero definitiõem diuerſis modis explanauerunt, Si ergo definitione ſubſtantia circũſcribitur · quomodo in deo qui non poteſt comprehendi ꝓpe hoc uti ſermone poterim?, Verũ Euagrius ĩ monachico libro petulanter quidẽ et inconſiderate de deo eſſe diſputandum prohibuit · definiri vero diuinitatem modis oĩbꝫ interdicit. Ait enim rerũ compoſitarum eẽ definitiones, Is itaqꝫ ſic ait, Omnis inq̃t ꝯpoſitio aut genus habet qḋ predicat̃ · aut ſpeciez aut ꝓpium · aut accidens · aut ex his compoſitam orationem · Sed nihil in ſancta trinitate horum que dicta ſunt poterit comprehendi, Igitur qḋ ineffabile eſt ratione taciturnitatis adoretur Hec quidem Euagrius. Nos autem licet facta digreſſione hec dixiſſe videamur tamen tanquam vtilẽ hiſtorie cauſã nos retuliſſe non penitet. xxij

Verum Athanaſius librum de ſatiſfactione fuge olim a ſe cõſcriptum tunc eiſdem epĩs preſentibus legit. Cuius partes vtiles et que proſint hic intexens totum librum multorũ verſuũ querere et legere ſtudioſos ammoneo. Ait enim · Ecce hui⁹modi ſũt preſũptiones impioꝝ hec agentes · nec erubeſcentes in quibꝫ ꝑmuꝫ contra nos mala ſunt machinati· hactenus nos accuſant· quoniaꝫ manus eorum preparatas necibꝫ declinare potuim⁹ · et amariſſime potius ingemiſcunt· ꝙ nos penitus amputare nequiuerunt et improperant timoris cauſam · ĩgnorãtes qꝛ dum hoc ſubmurmurant in ſemetipos magis retorquent culpam. Nam ſi fugere malũ eſt pſe qui multo deteri⁹, Hic quidem ne moriat̃ abſcondit̃· hic aũt pſeq̃t̃ ut occidat. Et ut fugiatur quidem ſcriptum eſt. Qui aũt querit occidere · preuaricatur legem · et magis ipe fugiendi prebet occaſionem

Si ergo fugam improperant perſequentes ꝫ erubeſcant potius ſemetipſos ꝫ quieſcant inſidiari et continuo quieſcunt fugientes. Sed calliditate non deſinunt ſua · et comprehendere omni ṽtute feſtinãt ſcientes· quia fuga pſecutionem patientium indictum eſt maximũ perſequentiũ. Nullus enim mitem atqꝫ clementẽ fugit aliq̃n· ſꝫ magis ferocem ſimul et callidum, Omnes enĩ qui egebant et vexabant̃ a Saul fugiebant et veniebant ad Dauid, Sed iſti ꝓpterea eos qui

abſconſi ſunt interimere ſtudent ne eorum malicia videant arguere
qui etiam in hac parte cecant᷑. Nam quanto fuga manifeſtior eſt.
tanto amplius eorum videntur inſidiarum neces exiliaq; commiſſa oībꝫ
ſunt aperta. Nam ſiue perimant· mors contra eos ſemper exclamat
ſiue rurſus exilia minent᷑ ibiq; ipi contra ſe mali memoriam deſti=
nare noſcuntur· et ſi quidem ſanam haberent mentem· viderent ſe=
metipſos in his eſſe conſtrictos· ſeq; in conſilijs ſuis offendere. Sed
quoq; ſapere perdiderunt· propterea perſecutione decipiūtur· et querētes
occidere· ſuam non contemplantur impietatem, Nam ſi derogant
eis qui fugiunt· querentes occidere: quid faciant cum vident Iacob
fugientem fratrem ſuū Eſau? et Moiſen in Madian deſcēdiſſe propter
pharaonis timorem? Quomodo ſatiſfacient fugienti Dauid Saul
qui in domum miſit ut interimeret eum dum et abſconſus in ſpelū
ca et mutaſſet vultū ſuū donec declinaret Abimelech? Ob quam
cauſam inimicorum euaſit inſidias? Quid dicāt iſti qui proferūt
omnia petulanter videntes maximum Heliam in oratione quidē
mortuū ſuſcitaſſe· et tamen abſconſū propter Achab et fugiſſe propter inſi=
dias hiezabel? Tunc etiam queſiti filij prophetarū celati ſūt latentes
in ſpelūcis apud Abdiam. Si hec tanq; vetera non legerunt ſaltim
memoriam habeant euangeliorum. Nam et diſcipuli propter metum
iudeorum receſſerunt celantes ſemetipſos. Et Paulus in Damaſco a
principe gentis queſitus· de muro in ſporta depoſitus eſt et manus que=
rentis effugijt. Hec igitur de ſanctis viris ſcriptura dicente· quam
putas excuſationem ſue petulantie poterunt inuenire? Siue ergo
timore improperent contra ſemetipſos tanquam veſani locunt᷑: ſiue
contra volūtatem dei hoc dicant fieri· ſcripturarū diuinarum videā
tur penitus inexperti. Nam in lege preceptum fuit ut deputarentur
etiam ciuitates ad fugam: quatenus hi qui querebant᷑ ad mortē q;
quo modo liberari poſſent. In nouiſſimo vero tempore ſeculorum
ipſum quod Moyſi locutus eſt· patris verbum rurſus hoc dedit mā
datum dicens. Cum perſecuti vos fuerint in hac ciuitate fugite ad
aliam. Et poſt pauca dicit. Cum ergo videritis abhominationem
deſolationis quod dictum eſt per Danielem prophetam ſtantem in loco ſā
cto· qui legit intelligat· ideo qui in iudea ſūt fugiant in montana
qui ī tecto eſt non deſcendat tollere aliquid de domo ſua· qui ī agro

eſt non reuertatur tollere veſtes ſuas. Hec enim ſcientes ſancti hꝰ
modi habuerunt conuerſationis modum. Que enim nunc prece=
pit dominus· hoc etiam ante incarnatam ſui preſentiam in ſanctis
locutus eſt. Et hic eſt hominū terminus ad perfectionem dicens· ut
quod deus iubet hoc faciant. Propterea et ipſum verbum propter
nos inhumanatum· cum quereretur· ſicuti nosipſi abſcondi digna=
tum eſt, Et iterum· Dum perſecutionem pateretur fugit· et inſidias
declinauit. Decebat enim eum ſicuti famem et ſitim etiam hoc pati
Et hoc modo oſtendere ſemetipſum inhumanatū. Ab initio ſiq̄dez
mox ut homo factus eſt· cum eſſet paruulus· ipſe per angelum mā=
dauit Ioſeph Surgens ſume puerum et matrem eius et fuge in egi
ptum Futurum eſt enim Herodem querere animam pueri Mortuo
quoqꝫ Herode· videtur propter Archelaū filium eius in Nazareth
fugiſſe. Quando iam etiam deum ſemetip̄m innoteſcebat· et manū
aridam reſtituerat ſanam· Et phariſei quidem egredientes conſiliū
fecerunt aduerſus eum ut eum occiderent. Iheſus autē ſciens diſceſ=
ſit inde nam et quando Lazarum ſuſcitauit a mortuis. Ab illa in=
quit die cogitauerunt ut occiderent eum, Iheſus ergo iam non pa=
lam ambulabat inter iudeos· ſed abijt inde in regionem iuxta deſer=
tum, Deinde ſaluatore dicente· antequam Abraham fieret ego ſum
Iudei quidem tulerunt lapides ut mitterent ſuper eum· Iheſus aūt
abſconſus eſt et exijt de templo et tranſiens per medium eorum abijt
et ita diſceſſit, Putas hec videntes magis autem audientes cū nō
videant quomodo ſm̄ quod ſcriptum eſt nō debēt igne comburi quō
contraria his que dn̄s facit et docet· cogitant· locuntur ⁊ Nam quā=
do Iohannes martiriū ſuſtinuit eius qꝫ corpus ſepelirent diſcipuli ⁊
audiens Iheſus diſceſſit in nauem ad deſerti locum ſeorſum, Dominꝰ
itaqꝫ hec faciens ita docebat. Sed vtinam vel ſic erubeſcerent· et vſqꝫ
ad homines ſuam petulantiam declararent et nō magis ac magis
inſanientes· viderentur etiam ipſum arguere ſaluatorem, Contra
eum utiqꝫ blaſphemias meditantes, Sed neqꝫ veſanorum quilibet
eos poterit ſuſtinere cum arguantur nec euangelica ipſa noſſe. Eſt
enim occaſio noſtre diſceſſionis et fuge rationis atqꝫ vera quam in
ſaluatore quidem euangeliſte poſitam memorarunt. Nos aūt etiaꝫ
in ſanctis viris oportet talia cogitare, Nam ea que de ſaluatore

humano modo conſcripta ſunt · eadem communiť humano generi
deputantur. Que noſtra ſunt ille ſuſcepit·et paſſionis noſtre in fir-
mitates oſtendit·quod Johannes ita conſcripſit. Querebant ergo
eum tenere et nullus miſit in eum manus · quia nondum venerat
hora eius. Nam anteq̃ hec veniret dicebat ī ſe matri· Nondū venit
hora mea·Et eis qui fr̃es eius appellabantur·ait · Nondum venit
tempus meum . Rurſus aūt tempore paſſionis dicebat diſcipulis
Dormite iam et requieſcite·ecce enim appropinquabit hora et filius
hominis tradetur in manus peccatoꝝ. Sed neq; anteq̃ veniret tēpꝰ
ſe teneri paſſus eſt·neq; cum veniſſet tempus abſconſus eſt · ſedetiaꝫ
ſemetipſum tradidit aduerſarijs·Sic et beati martires in perſecuti-
onibus temporalibus cuſtodiebant ſemetipſos·et dum querērentur ꝑ
latibula fugiebant. Cum vero inuenirentur martirio ſe ſubdebant
Hec de Athanaſij fuga retuliſſe ſufficiat . xxiij·

EVſebius interea vercellenſis epiſcopus repente poſtmoduꝫ
ab Alexādria venit ad Antiochiam et inueniens Paulinū a
Lucifero conſecratum plebemq; diuiſam Melecij q; ſequaces miſſaſ
ſeorſum facientes valde commotus eſt quia facta ordinatiōe vniuer-
ſi conſenſerant, Reprehenditq; apud ſemetipſum quod geſtum eſt·et
pro reuerentia luciferi habita taciturnitate diſceſſit premittens in cō
uentu epiſcoporum que geſta fuerant emendanda , Habens tamen
curam maximam eos vnire non potuit, Inter hec etiam Melecius
ab exilio remeauit· inuēiens q; ſeorſū celebrare collectas ſocios ſuę
preſidebat eis. Sꝫ ecc̃ias quidem obtinebat Euzoius arriani dogma-
tis preſul. Porro Paulinus vnam tantūmodo paruam contra ciui
tatem detinebat ecc̃iam. Ex qua Euzoius pro ſui reuerentia nō eie-
cit. Melecius aūt extra ciuitatis portas ſollēnia celebrabat, Tunc
igitur hoc modo de Antiochia diſceſſit Euſebius· Verū lucifer ſenti
ens non ſuſcipere Euſebium eius ordinationem hꝰ putauit iniurio-
ſum ac vehementer iraſcebatur et communicare declinabat Euſebio
ſedeciam que ſinodo placuerant per contentiōeꝫ reprobare nitebatꝰ·
Hec dum inter eos triſticie tempore gererentur· multos ab eccleſia
remouerunt et denuo altera luciferianoꝝ hereſis eſt exorta. Sed luci-
fer iram ſuam nequaq̃ complere preualuit·erat enī ꝯfeſſionibꝰ ſuis
obſtrictus dum per ſuū diaconum promiſiſſet ratum ſe habiturum

quod fuiſſet a concilio defınitū. Quapropt̄ ipſe quidē eccłie tenēs fidē
ſardincā ad xp̄m remeauit thronū. Hi vero qui pri⁹ cū eo ꝯtriſtati
fuerant hacten⁹ ab eccłia ſegregant̄. Verū euſebi⁹ ad inſtar optimi
medici iter faciēs ꝑ orientē infirmos fide recreabat imbuens atq; do
cens predicationib⁹ eccłiaſticis vniuerſos. Hic tranſiēs venit illiricū
et inde rurſus italiā pagrās hec ipſa ꝓnūciabat. xxiiij.

Verum hilarius pictauiēſis ſcōe eqtanie pōtifex recte fidei do-
gmata dudū preſeminauerat tā italis q̄ȝ gallicanis epiſcopis
Quippe cū primus ab exilio remeaſſet; vtq; g° fortit̄ ī fide laborauē
runt. Sȝ hilarius tanq̄ȝ diſertus ſuis libris ſatiſfactionem de trinitatis
conſubſtātialitate conſcripſit. Quib⁹ hoc ſufficient̄ expoſuit et vehe-
menter arrianoꝝ dogma deſtruxit. Hec itaq; poſt breue eorum exilij
tempus celebrata noſcuntur. xxv.

Ea ſiquidem tēpeſtate macedonij ſectatores et eleuſij euſtachij
atq; ſophronij om̄s ab vno macedonio nūcupati ſūt. concilia
q̄ȝ frequētia faciebāt et cōuocātes qui ī ſeleucia eos ſecuti fuerāt ana
thematizauerunt alteri⁹ partis ep̄os. Jdē conſentiētes achacio fidem
q̄ȝ ariminenſis concilij reſpuētes ſȝ ea magis que fuerant recitata ſe-
leucia et antiochia expoſita firmauerūt. Qui dū requiſiti fuiſſent
ab aliquib⁹ dicentibus vos qui nūc macedoniani vocamini ſi ali-
ud ſapietis quā ſectatores achacij cur eoꝝ hacten⁹ tāq̄ȝ eadē ſapiētiū
eſtis cōmunione participati? Jta venenoſe reſpōderūt ꝑ ſophroniū
pompeiapoleos ꝑ aflogonenſem ep̄m. Occidētales aūt in cōſubſtā-
tialitate languebāt; Ecius aūt ꝑ orientē ſcd̄m ſubſtātiā diſſimilitudi-
nem predicabat. Et erāt vtraq; praua cū hi quidē inordinate diui-
ſas ſubſtātias p̄ris et filij cōſubſtātialitatis noīe copularēt. Jlle vo
a natura p̄ris naturā filij apte diuideret credēs ſemetip̄m pie predi-
care diſſimilem eē patri filiū ꝑ ſubſtātiam. His ergo ita putantib⁹
media via nob̄ veritatem pietatis hr̄e cōplacuit. Hoc itaq; modo
querentib⁹ ſatiſfacere nitebant̄. xxvj. Sozomen⁹

IGitur iulian⁹ imperator audiens athanaſiū in alexandrinoꝝ eccłia
conſtitutū licite ꝑplo predicare. multoſq; paganoꝝ ad xp̄ianitatem
fuiſſe conūſos iuſſit eū exire de ciuitate. Qui ſi manēt damna ma-
xima eū ſuſtinere precepit. occaſionem criminis in eū inueniens. q̄a
dum prioris principis tp̄e fuiſſet fuga multatus. non eius iuſſione

epiſcopalem recepat ſedem, Quamobrem cū ꝫm impatoris precepta ſe prepararēt ad fugā · vidēs circa ſe xpianoꝝ populū lacrimantem habetote inquit filioli fiduciā · nubes ē et cito pertranſiet. Hoc dicto valefecit eis et diligentibus amicis cōmendauit ecc̄iaꝫ atqꝫ ab alexādria ciuitate diſceſſit.

Viceſimum ſeptimum.

INterea cizicinis legatione fungentibus apud pricipem de xp̄ijs rebus et paganoꝝ reſtitutiōe temploꝝ · laudās eos xp̄ē ſacrorum curā que poſtulauerāt vniu̇ſa ↄceſſit, Eleuſiū aūt ei⁹ ciuitas remouit ep̄m · veluti vaſtatorem temploꝝ et quia viduarū pabula ſacrarum qꝫ virginū monaſteria conſtituerat · paganis qꝫ ſuaſerat ut religionem patriam relinquētes ad chriſtiana dogmata ſe conferrent, Interdixit etiā xpianis pegrinis · ne venirent ad cizicū credens quia religionis cauſa excitarent ſediciones eos qꝫ alij eius ciuitatis chriſtiani fouerēt et publicis ſimul opifices artifices qꝫ monete qui in duas diuiſi partes principum preceptione priſcoꝝ cum vxoribus ac liberis cizicū habitare ſūt iuſſi, Hi enim ſingulis annis certā oblationem publico conferebāt, Alij quidem militū clamides · alij v̄o pecunias nouas. Cum igitur modis oīb⁹ placuiſſet iuliano ritū conſtituere paganoꝝ vim quidem inferre atqꝫ tormenta populis ſacrificare nolentibus factū iudicauit. Sed hoc tantūmodo precepit ut p ſinglas ciuitates numer⁹ coꝝ conſcriberet̄. Quos tn̄ nequaqꝫ aut orare prohibuit, Sciebat enī quia nō poſſet vlla neceſſitas ſuſpendē qꝫ voluntas ſpōtanea ſuggeſſiſſet. Porro clericos et eccleſiarum preſules a ciuitatibus ſuſpēdere feſtinabat ſtudens ut eoꝝ abſentia paulatim ſolueretur ecc̄ia · neqꝫ ſacroꝝ miniſtri nec qui docerent vel qui miſterijs participarent̄ exiſterent. Et p hoc longo tp̄e putarent̄ xp̄e religiōis obliuionem habere,

xxviij.

NOſtrenſibus itaqꝫ publica voce precepit ut titum ſue tūc ciuitatis ep̄m procul expellerent, Cumqꝫ iuſſiſſet hoc clericis qꝫ minaretur quaſi ipi facerent turbas in populo. Tunc titus libellū deſtinauit impatori conteſtatus eū ac dicens. Quia inimica int̄ ſe eēt turba paganoꝝ atqꝫ chriſtianoꝝ et eius ſuaſione xpiani magis a ſeditione quieſcerent, Quo facto niſus eſt imperator ex hui⁹modi v̄b tito inimicicias ppl̄i concitare ſcribēs hoſtrenſibus · quia titus eorū accuſator fuiſſet dicēdo ſuis monitis nō ſua volūtate ppl̄m a ſeditōe

ceſſaſſe. Eūq; velut hoſtem populo ſuadebat expellere, Non enī q̄d
iuſtum erat aut legittimū iubebat agi ſ3 odio religionis v̄bis quidē
culpare operib⁹ aūt mala perfici contendebat : quia xpī p ciuitatq;
et prouīcias xpiani diffugiebant. Hui⁹ participes plurimi meorū
fuere ꝓgenitoꝝ ſimul et antiqui de patre pagano natus. ipe cū tota
domo et qui erāt ex genere alafionis xpiani p̄mo ſunt facti. In bethe
lea a vico gazenſi nimiū populoſo. hn̄ti q; templa antiqua edificia
q; pulcherrima et maxime pantheū in ciuitatis arce locatū eminenſ
ſup omnem vicum quem locū arbitror ex voce ſira et greca deoꝝ ha:
bitaculū noīatū, Fert̄ itaq; his oīb; fuiſſe xpianitatis auctorem
hilarionem monachū. Cum enim demonio vexaret̄ Elafion diuti⁹
pagani atq; iudei incantationib⁹ et luſtrationibus apud eum vſi
nihil illi prodeſſe potuerunt, Verū Hilarion ſolūmodo xpi nomen
inuocans demoniū effugauit eūq; in religionē xpianā repēte tranſ
poſuit, Floruit itaq; meus auus in expoſitionib; et interpretatōi
bus ſcripturarū nr̄arū : quoq; erat ingenioſus ſcientiaq; fulcitus ita
ut iam arithmetice artis eſſet expertus ac ꝓp̄tea aſcolonitis et gazen
ſibus et in circuitu xpianis valde gratiſſim⁹ tanq̄ religioni neceſſa
rius et ad ſoluendas dubitationes ſcripē diuine proficuus, Primi
ſiquidem iſti in eo loco ecc̄ias et monaſteria conſtruxerūt eaſq; hone
ſtate atq; hoſpitalitate pegrinoꝝ et indigentiū pariter ornauerunt,
Ex quo genere vſq; ad nos fuerūt viri optimi quos grandeuos iu:
uenculus ipe conſpexi. xxix.

IGITUR imperator dudū ſtudēs paganitatem in omni ſua di:
tione dilatari grauiter ferebat videns xpianos potius approbari. Et
templa quidem erant apta ſacrificiaq; paganoꝝ p ciuitates ſcd̄m vo:
luntatem illi⁹ ꝓcedebant, Ipſe aūt eſtuabat ne feruor ei⁹ xpianorū
fruſtraret̄. et maxime pulſabat̄. quia multū ſacerdotū ſuoꝝ xpianaſ
audiebat habere et filios atq; ſeruos arbitrat⁹ aūt xpianitatis ſtatū
ex vita bona et cōuſatione conſiſtere ſtuduit vbiq; templa paganoꝝ
conſtructione et ordine xpiane religionis ornare ſedibus atq; paga:
noꝝq; dogmatib; atq; monitionib; lectores ſue ſupſtitionis inſtituit
ad inſtar clericoꝝ ut horas certas et dies et orationes ſollēniter obſer:
uarent. precipiēs pariter habere curam viroꝝ atq; mulieres philoſo
phari ſcientes habitaculis peregrinoꝝ et paupum aliaq; ꝓuidentia

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

circa egenos exhibita paganoꝝ religiõeꝫ componere et pietatis hr̃e
nomen. Siquis aũt ſponte vel inuito peccaret ſm traditionem chri-
ſtianoꝝ inſtituit ut pꝰ penitentiam mediocrem ſuſtinerent correctiõꝫ
Precipue ꝟ zelatus dicit̃ notas literarũ ep̃aliũ quibꝫ ſolẽt alterutris
ſcribẽtes commẽdare pegrinos. et vbi proficiſcunt̃ et a quibꝫ veniũt
modis oĩbꝫ indicare et ſolacia ꝯmereri tanq̃ꝫ noti et amici ſint teſti-
monio directi ſignaculi. Hec conſiderans feſtinabat ut pagani xp̃i-
anoꝝ aſueſcerent̃ officijs. Sed quõꝫ multis incredibile ẽ eum ſtudia
xp̃ianoꝝ ſequi voluiſſe. non aliũde qm̃ ex ipiꝰ imꝑatoris ſmonibꝰ
eſt probandũ. Hꝰmodi enĩ arſacio pontifici galacie ſcripta direxit.

Paganorũ ritus nondũ agitur. ſm intentionẽ noſtram propter
cultores eiꝰ in negligentia poſitos. nam deoꝝ claritas magnitudo
atqꝫ ſublimitas omni oratione omniqꝫ ſpe maior eſt. Sed ꝓpicij ſint
noſtris mentibus dij ꝓꝑᵗ negligentiam quã habemꝰ cũ illoꝝ ꝓuidẽ
tia ĩ paruo tempore tanta mutatio facta ſit quanta nec orare ꝑmitꝰ
quiſcũqꝫ preſumpſerat. Cur ergo credimꝰ hoc poſſe ſufficere neqꝫ re-
ſpicimus quemadmodũ ſupſtitionem xp̃ianoꝝ auxit cura pegrino-
rum et circa ſepulturas et mortuos multa ſolacia honeſtaqꝫ ꝯuſatio
nis ſtudia non vera ſed ficta. Quas res arbitror apud nos debere
ſub veritate geri. Non itaqꝫ ſat eſt te talem eſſe ; ꝫ omnes abſolute
circa galaciam ſacerdotes quos aut deprecare aut ratione flecte aut
certe feſtinant̃ a ſacerdotali miniſterio remoue. niſi dijs cum cõiugi
bus et filijs atqꝫ ſeruis colla ſũmiſerint nõ ferentes vlteriꝰ eoꝝ ſuos
aut filios hoc facere ꝯtemnentes. aut galileos impie contra deos agẽ
tes et impietates pietatibꝫ ꝓponentes. Deinde cunctos ammone. vt
ſacerdos neqꝫ ad ſpectacula procedat neqꝫ ĩ tabernis bibat aut cuili-
bet arti operibꝫqꝫ turpibꝫ aut impudẽtibꝫ preſit. Qui obediũt hono
rentur ; inobediẽtes expelle. Xenodochia conſtitue ꝑ ſingulas ciui-
tates ut noſtra pegrini clemẽtia perfruant̃ nõ tantũ nr̃i. ꝫ etiã ex̃nei
pecunijs indigentes. Vt habeas vnde fiat interim decreui ſingulis
annis trigĩta milia modios tritici ꝑ vniũſam dari galaciam et ſexa
ginta milia vini ſextarios. Hoꝝ quinta pars paupibꝫ templa obſer
uantibꝫ debet expẽdi. reliq̃ pegrinis indigẽtibꝫ qꝫ diſtribui. Turpe
nanqꝫ eſt ut iudeos quidẽ non abijciãt. ꝫ potius nutriant impij ga
lilei et ſuos pariter nec nõ etiã noſtros ; nr̃i ꝟo nr̃oꝝ ſolatio deferãt

Quapropter doce etiam collationes facere paganos ad talia mini=
ſteria paganoꝝ qꝫ vicos offerre dijs primicias frugū. Eos qꝫ hꝰmo
di benefactis inſtitui docēs eos hoc opus olī fuiſſe noſtroꝝ. Homerꝰ
enim hoc ꝓbat introducēs eumeniū talia facientē, Nos ergo neqꝫ bo=
na nr̄oꝝ imitamꝰ. ſꝫ alijs remittimꝰ negligētiā nō ꝯfuſi magis autē
deoꝝ reuerentiā reſpuētes, Si igitᵘ͛ te facientē ego cognouero leticia
plenꝰ ero. preſides prouīciarū rarıꝰ domi ſuſcipe. frequēter eis ſcri=
pta tranſmitte, Ingredientibꝫ eis ciuitatē ſacerdotū nullus occurrat.
Cumqꝫ ad templa venerit deoꝝ intra ianuas eis nemo precedat mili
tum forte aut precedentiū officioꝝ. ſꝫ qui voluerit ſubſequat̄. Cū ad
ipm̄ limē templi ꝑuenerit priuatus exiſtat. Tu enī ſicuti noſti intꝰ
ſis iudex hoc enī etiā ſacra ſancio videt̄ exigere. Obediētes igit̄ ꝓ ve=
ritate pij ſūt. reluctantes vero vane glīe comprobant̄, Quid enī pa
tiat̄ aut qđ mereat̄ auxiliū qui matrē deorū ꝓpiciam hr̄e noluerit
Qui eam ergo neglexerint nonſolū ſine querela nō erūt ſedetiā nr̄e
indignationis impetū ſuſtinebūt, Neqꝫ enī fas ē ut illi parcat̄ qui
deos habuerit inimicos, Suade ſiquidē eis ut ſi mea volūt frui tuiti
one omnes matri deoꝝ ſtudeāt offerre culturam, xxx.

Hec itaqꝫ faciēs impator ad deſtructionē xp̄ianoꝝ neqꝫ ſuadere
ſubiectis preualuit. et apte vim inferre palā erubuit. Inter
hec ad paganitatē milites inſueſcēt ſtuduit ad priſcum ſchema refor
mare. ſignū illud ſublimius romanoꝝ qđ conſtantinus ſicuti predi=
ctū ē ī crucis formā mutauerat. Verū ī publicis imaginibꝫ depige=
bat iouem quaſi de celo ſibi coronā et purpuram deferētē. mercuriū
et martē in ſe reſpiciētes velut ꝓ teſtimonio ſapiētis et fortis. et hoc
agebat ī imaginibus. ut ſub occaſione imperij latēter adorarentur
dij. et hoc modo ſubiecti clanculo fallerent̄, Arbitrabat̄ enī qꝫ ſi hoc
ſponte eis imponeret. poſtea que vellet impleret, Si vero reſpuen=
tes agnoſceret venia ſublata torqueret tanqꝫ circa romanoꝝ ſollēnia
reluctantes. et in republica atqꝫ ipo impio deliquētes. Pauci ſiqđē
etiā penis ſubditi cognouerūt dolū qꝫ ſic moris erat adorare noluerāt
Turbe vero ut aſſolet ꝑ ignorantiā ſimpliciter imagines adorabāt
qđ tn̄ impatori nihil profuit, Cumqꝫ multa excogitaret quibꝫ pa=
ganoꝝ ritus extolleret. inuenit modū qui pluribꝫ militibꝫ xp̄ianis
clare virtutis coronā dedit, Cū veniſſet itaqꝫ tempꝰ quo impialia

milites ſolent dona ꝑcipe· hoc enim agit̃ plerunqꝫ die kalendarum
ianuariarũ et natale principũ et vrbium regiarũ exquiſiuit quate
nus eos ſimplicit̃ et ex priſca conſuetudine fallere potuiſſet · iuſſit qꝫ
ut vnuſquiſqꝫ ad manũ imperatoris accedentium ammonitus offi
cijs primo incenſũ offerret. Erat enĩ ante eũ poſitũ thus et ara · ſm̃
antiquã romanoꝝ ſollẽnitatẽ. Tũc alij quidẽ licent̃ ſuã fortitudinẽ
oſtenderũt· et neqꝫ incenſum offerre neqꝫ donũ accipe ab imperatore
ſunt paſſi ; alij vero occaſione legis et antiquitatis neqꝫ mente perce
perunt ꝙ cõmiſere peccatũ. Verũ alij ꝓpt̃ lucrũ capti aut timore tur
bati ſeu iuſſione repentina concluſi licet intellexerint tamẽ pagani=
tatẽ declinare nequiuerunt, Plurimi ſiquidẽ ꝑ ignorantiã decepti
Dum inter cibos ut aſſolet et pocula inuocarent inter alterutros
chriſtũ reſpondẽs quidã dixit. Quid patimĩ inuocantes xp̃m quem
ante paululũ denegaſtis · dũ donũ ab impatore percipiẽtes thus in
ignem mitteretis ? Cunqꝫ hoc milites audiſſent et quod geſſerant
agnouiſſent ſtatim exilientes publice currebãt atqꝫ impetu facto cla
mabant· deumqꝫ ſuum et cunctos homines teſtabant̃ ſe chriſtianos
eſſe et in eo nõie ꝑmanere atqꝫ ꝑ ignorantiam ſe feciſſe. Et ſi dicĩ
poſſet ſolam manum paganã ẽẽ conſcientia vero nihil ſimul egiſſe,
Cunqꝫ veniſſent ad principem · proiecerunt aurũ quod acceperant,
forti voce poſcebant ut reciperet qđ dediſſet et illos occideret, Se enim
penitentiam agere fatebantur· eo ꝙ improuide eoꝝ dextera peccaſſet
et ſtudere ꝓpter xp̃m totũ corpus pene contradere,

## THEODO·RICVS

Nec furorem mouerunt imperatoris et primo quidem eoꝝ ca=
pita iuſſit auferri, Cũqꝫ deducerent̃ ad mortẽ ſequente popu=
lo mirati qꝫ virtutem eorũ pro pietate ſuſceptam · venerunt ad locũ
quo rei puniri ſolent . Tunc ſpiculatorem rogauit ſenior omnium
ut ante omnes caput cuiuſdam romani nomine adhuc adoleſcẽtis
abſcinderet ; ne dum alios reſpiceret frangeret̃. Cunqꝫ genua fixiſſet
ille in terra · et gladium ſpiculator euaginaſſet venit repente nunci=
us clamore prohibẽs necem, Porro iuuenculus ille occiſione priuat᷒
ait, Non fuit roman᷒ dign᷒ vt chriſti martir appellaret̃· et licet ſan
guinẽ malign᷒ impator fundi prohibuiſſet duct᷒ inuidia. Verũtñ
nõ eos ĩ ciuitatib᷒ hr̃e ꝑmiſit ſꝫ ad vltĩa rõnoꝝ loca exilio deſtinauit

POSTEA VERO PRECEPIT VT QVI
ſacrificare noluerint in palacio nō intrarent· et neqꝫ collegio
neqꝫ foro eos neqꝫ arbitrio neqꝫ ulla dignitate nec qualibet ammini
ſtratione participare iuſſit. Theodoricus xxxi·

CVm igitur iulianꝰ apud pythiū dafneū peteret reſponſa de
parthici belli victoria· et illa vicitate corpis babyle martiris
accuſaret iuſſit eiꝰ corpꝰ auferri. Ob quam rem cum xpiani feſtiui:
tatem deducto corpore pſallentes agerent et indignatione principis
quidam theodorus iuuenculus multa paſſionū tormēta pertuliſſet·
hoc ita geſto· fallax demon martiris quidē gloriā auxit ſuū vero mē
daciū clarius enudauit Fulmē nanqꝫ celitus miſſū omnē templū ac
cendit. Ipſum qꝫ pythij appollinis ſimulacrū redegit in pulucrem,
Erat enim ligneū extrinſecus deauratū. Quod nocdanter prefectus
orientis tunc noīe iulianus agnoſcens feſtinanter venit ad dafnen·
volens ferre deo ſuo ſolacia. Vidēs qꝫ cū redactū in cinis neochoros
verberibus affligebat, Credens hoc ab aliquo xpiano fuiſſe commiſ
ſum. Qui licet torquerentur tamen mentiri noluerunt· clamantes
incendium non deorſum ſed de ſurſum habuiſſe principiū. Ad hec
etiam ruſtici vicinoꝝ venientes locorum ꝫ dixerunt ſe vidiſſe fulmē
celitus fuiſſe delatum. xxxij·

INTEREA VAS AECCLESIARVM SAcra
fiſci erario deputari iubētur ſublatiſqꝫ ianuis ecclie maioris fit cūctiſ
inacceſſibile ſanctuarium. Ingrediente ſiquidem iuliano prefecto
orientis ecleſiam felix prepoſitis regalium theſauroꝝ pariter introi:
nit et ſimul helpidius comes rerum priuatarum. Aiunt enim ex
felicem · et helpidium primitus chriſtianos tunc a pietate receſſiſſe ·
impio principi parere cupientes. Iulianus itaqꝫ prefectus impu
denter contra ſacrum altare minxit, Quem dum Euzoius ꝓhibe:
ret ꝫ cū ille percuſſit in capite, Fertur autem dixiſſe quia religio xpi:
ana eſſet diuina ſollicitudine deſolata. Porro felix videns vaſorum
ornamenta q̄ conſtantinus et cōſtanciꝰ freqūter obtulerāt, Ecce ī q̄bꝫ
inq̄t vaſis marie filio miniſtrat̄. Sed pro his impietatibꝫ veſanieqꝫ
preſumptōibꝫ nō pꝰ multū penas exacti ſūt Nā repēte iulianꝰ ſeua
infirmitate detētꝰ viſceribꝫ putrefactis interijt· et fimꝰ nō ꝑ meatus

digeſtibiles emittebat ſ; ſceleſtū os qḋ blaſphemijs miniſtrauerat or-
ganū huiꝰ egeſtionis eſt factū. Aiunt enī eius vxorē fide fuiſſe cla-
riſſimā eamqꝫ dixiſſe· decet te marie laudare ſaluatorē xp̄m·qm̄ tibi
ꝑ hanc correctiōꝫ magnitudīeꝫ ſ̄pe virtutis oſtēdit. Non enī agno-
ueras cō̄ quē dimicare voluiſti niſi conſueta lōgaīmitate hec tibi
flagella diuinitꝰ intuliſſet. His gᵒ v̇bis et paſſionibꝫ imminentibꝫ
cauſā languoris agnoſcēs· rogabat impatorē· ut eccia q̄bꝫ fuat ſub-
lata redderet. Sꝫ nec illū flexit et ip̄e t̄minū vite ſuſcepit. Porro
felix et ip̄e repēte flagellū v̇tute diuīa ſuſcipiēs· ſanguie tota die ſil̄
et nocte ex ore fuſo· et venis corpis vndiqꝫ vacuatis om̄iqꝫ v̇tute ſil̄
expenſa· et ip̄e celerit̄ eſt extinctꝰ eterneqꝫ morti cōdditꝰ. xxxiij·

His ita geſtis adoleſcens quidā ſacerdotis filiꝰ in paganitate
nutritus· ea tēpeſtate ad xp̄ianoꝝ t̄ſlatus ē choꝝ. Erat· n· tūc
quedā inſignis reuēncie mulier· et diaconiſſe honore fulgebat. Hec
cū hꝰ matre habuit amicicias· q̄ ſepius dū eius mater ad eā veniret
adhuc infantē amplectebat̄· et ad cultū xp̄iaī nōis inuitabat. Por-
ro matre defūcta· veniebat adoleſcēs ad eā· et doctrina cōſueta frue-
bat̄. Cūqꝫ firmiſſime eiꝰ conſiliū percepiſſet requiſiuit doctricē quo
poſſit argumento et p̄ris ſupſtitionē declinare et p̄dicamēta verita-
tis adipiſci. Que dixit ut patrē fugētꝫ et creatorē ſuū atqꝫ illiꝰ pociꝰ
ſequeret̄. Vt q̄ ad aliā iret vrbē: in qua latent̄ impatoris impij ma
nus effugeret: ipā ſe eius curā habere ꝓmittens. Ad quā adoleſcēs
reuertar inq̇t poſtea et animā meā tibi cōtradā. Cū vero pauci
t̄nſiſſent dies. Julianꝰ venit ad daffnē celebrat̄s publica ſacrificia·
cū q̄ etiā huius pater· erat enī ſacerdos· et ſequi conſuetꝰ impatorē
Cū quo erat et iſte puer eiuſqꝫ fratres hn̄tes officiū ut cibos impa-
tori apponerēt. Solebāt enī ſeptē diebus in daffne feſta celebrari. Pri
ma ſiquidē die cum ſtaret iſte ante impatoris accubitū et epulas ſo
lemniter aſparſiſſet· repletꝰ horrore cū celeritate antiochenā venit ad
ciuitatē· ad illā mirādā muliere. Quo facto ego inq̇t veni nequaq̄
tibi de ꝓmiſſiōe mentitꝰ: tu v̇o vtriuſqꝫ ſaluti conſulens ꝓmiſſa cō
ple. At illa repēte ſurgens ad dei virū meleciū ꝑduxit adoleſcētem.
Veꝝ ille in ſupiori habitaclō interī eum habitare p̄cepit. Pater in-
terea filiū req̇rēs daffnī circuibat omnē: ſꝫ ad vrbē veniens plateas
cunctas ꝑambulabat et vicos oclis vbiqꝫ currētibꝫ ɑ eū inueſtigare

deſiderantib9   Cūq; perueniſſet ad locū vbiq; currentib9 habitacu-
lum ſanctus milecius habebat· ſuſpiciens vidit illum de feneſtra re-
ſpicientem ; & currens traxit ac depoſuit atq; domum vſq; perduxit ;
Plurimumq; cū multis flagellis afficiens· deinde calefaciens obolos
manibus ac pedib9 & dorſo eius impoſuit, Poſt hec vinctum in
cubiculo clauſis ianuis dereliquit ; et ita perrexit ad daffnen,   Hec
ego a viro iam ſene cū narraret audiui ; qui etiā hec adiecit ; quō
ſpiritu diuino gratiaq; cōpletus contriuit oīa patris idola· et eoꝝ
infirmitati cepit irrogare blaſphemias. Quo facto· mente percipiens
qđ egiſſet formidauit preſentiam patris. Rogauitq; dn̄m xp̄m ut ei
ferret auxiliū· clauſtraq; confringeret et ianuas aperiret· ꝓpter te
inquit talia domine pertuli et hec agē non expaui, Cumq; hec dixiſ-
ſet ceciderunt repente clauſtra aperteq; ſunt ianue.   At ille rurſus
ad magiſtrā venit. Que continuo induens cū ſcemate mulieris &
intecto reſidere conſtituens poſt paululū optulit rurſus cū ſancto
milecio. Qui cū ep̄o cirillo hieroſolimitano contradidit· et ita vene
runt noctanter in paleſtinā. Verum poſt iuliani mortē· etiā p̄rez
iſte xp̄ianā duxit ad veritatē. Qđ inter alia nob̄ expoſuit.   xxxiiij
INterea iulianus contra fidei puritatem impudentius armabatur
& vultu quidem ſe ſimulabat mitē· porro laqueos inſtruebat, Qui-
bus deciperet innocētes, Et primū quidem fontes vrbis aque daffne-
os ſacrificijs violauit· ut vnuſquiſq; aquam bibentiū eius horrore
potiretur. Cumq; etiā in publico venales cibos illo ſcelere oppleuiſſet
aſpergebantur enim ex eis et panes et carnes· et poma ſil' et olera· et
et cuncta q̄ cōmeduntur. Hec videntes q̄ nomen ſalutare percepāt
ingemiſcebant quidem atq; mugiebant videntes abhominationē
tantam· veruntamen cōmedebant legi obedientes apoſtoli, Oīa
inquit que in macello veneunt cōmedite nichil diiudicantes ꝓpter
conſcientiam,   Verum duo quidā cōuiuio milicia clari· erant enī
ſcutarij principis· ī quodam conuiuio hoc horrore feruentius ſunt
accenſi· atq; mirabiliū adultorum in babilone ſplendentiū ſermoni
bus vſi ſunt dicentes. Tradidiſti enī nos regi iniquo qui receſſit a
te vltra omnes gentes que ſunt in terra, Hec quidam conuiuarum
nunciauit imꝑatori. Cui repente illos ad ſe fortiſſimos viros ado-
leſcentes requirebat quid locuti eſſent. At illi occaſionem fiducie

190

interrogatiõe ſũmẽtes imꝑatoris·laudabilem ꝙ ſui firmãtes zelum dixerunt hec·pietatis more nutriti o princeps et laudãdis hactenus legibꝫ ſeruiẽtes·quas conſtantinꝰ et eiꝰ filij poſuerũt, Ingemiſcimꝰ nunc abhomiacõe oĩa videtes eſſe ꝯpleta et nephandis ſacrificijs cibos potuſqꝫ violari. Hec ꝫ domi deflemꝰ ꝫ te preſente nichilominus heiulatꝰ, Hoc enĩ in tuo diſplicet nobis impio. Hec audiens ille mitis atqꝫ philoſophus a ſuis ſimilibꝫ nominatus manſuetudinis quidẽ exhibuit vultũ ꝫ impietatis faciẽ ꝓtinus enudauit. Precipiẽs amariſſimas eis plagas inferri ; quos etiam luce ꝑuauit. Magis aũt ut eſt verius illius tẽporis in felicitate liberauit victriceſqꝫ eis coronas ꝓuidit offerri. Fingebat enĩ ſe magis quaſi cauſam defendere imꝑialis iniurie, Et hec diuulgare iuſſit inuidẽs decertatoribꝫ veritatis gaudere in appellacõe martirij ꝑiter et honoris. Nomina fuerũt horũ iuuentius·ꝫ maximinꝰ ; quos antiochena ciuitas·tanq̃m pietatis ꝓpugnatores venerat ac ꝑcioſo monumento recondidit ; et vſqꝫ ad diẽ hunc feſtis annalibus honorant. Sed et plurimi nobiliũ et dignitate fulgentiũ vtentes tali fiducia coronis equalibꝫ ſunt adepti. Ca·xxxv·

Valentinianꝰ etiã qui poſt paululum ſumpſit impiũ ; tunc millenariꝰ erat circa palacia conſtitutꝰ·dux iamgiarioꝝ, Is zelum quẽ ꝓ pietate habuit nõ celauit, Eo namqꝫ tꝑe cũ fulminãdꝰ ille fortune tẽplum ingrederet̃ in choro·et ex vtraqꝫ ꝑte ianuaꝝ aſtarent miniſtri tẽpli·q̃ aſꝑſiõe ſicut ipſi dicebãt purgarẽt ingrediẽtes Valentinianꝰ ꝑcedens principẽ ut aſperſiõis guttã ſuã vidit in clamide ; indignatꝰ pugno ꝑcuſſit templi miniſtrũ ; dicẽs ſe maclatũ potius q̃m purgatũ, Qđ reſpiciens imperator·iuſſit cũ in cuſtodiã tũc redigi et ad heremũ deſtinari. Sed ille cũ pauci tranſiſſent menſes·ꝓ mercede confeſſiõis recepit impiũ, Non ſolum enĩ in illa vita diligẽtes ſe deꝰ honorat·ꝫ aliquãdo etiã in pñti bonoꝝ operũ retribucõis impẽdit·et pñtibꝫ ꝑmijs illic ſꝑata ꝯfirmat Theodricꝰ

Arthemiũ vo q̃ tẽporibꝫ conſtãcij dux fuit egipti. xxxvi· quõ illiꝰ tꝑe idola multa confregerat·non ſolũ facultate nudum reddidit·ꝫ etiã capitis ſectiõe multauit. Hec et huiꝰmõi geſſit ille mãſuetꝰ et ab iracũdia remotꝰ·ſic ab impijs vocabat̃. Adijciam ſuꝑ hec etiam miraculũ femine q̃ zelo diuino huiꝰ contempſit

impietatē. Publia quedā fuit illo tp̄e nominatiſſima ⁊ et p̄cioſiſ-
ſimis virtutib9 exornata, Hec cū nuptiale iugū ad tēpus paululū
ſuſcepiſſet ⁊ fructū digniſſimū obtulit creatori. Johannes enī antio-
chie preſbiter multo tp̄e conſtitutꝰ et ſepe apoſtolici preſidatus decre
ta refigens de terra illiꝰ femine mirabilis germinauit, Hec habens
apud ſe chorū conuerſatione digna virginitatē ſeruantiū ⁊ ſemꝑ cū
eis laudabat factorē ſaluatorēꝗ deū, Tranſeūte vero imꝑatore ⁊ cla
rius in cōmune pſallebāt contēptibilē ⁊ ridendū iudicātes erroneū
illa que maxime cantica reſonātes que idoloꝝ viderent̄ pompare
debilitatē · dicebantꝗ cū dauid, Simulachra gentiū argentū et au-
rum opera manuū hominū · et iterū, Siles illis fiant q̄ faciūt ea et
omēs q̄ confidūt ī eis. Hec audiēs iulianꝰ et vehement̄ accenſus
eas cum tranſiret tacē p̄cepit, Que eius legē ꝑuipēdentes · chorum
maiori ordine opleuerūt · rurſuſꝗ illo tranſeūte pſallebāt, Exur-
gat deus et diſſipent̄ inimici eius, Tunc ille ſeuiēs · magiſtrā chori
p̄cepit adduci, Quā cū vidēt ſenectute maceratā · nec corporis cani-
ciem miſeratꝰ ē nec animi ſtuduit honorare v̄tutē · ſꝫ quibuſdā ſpa-
tariorū iuſſit · ut eā alapis cederēt, Que veluti ſummū honorē cō-
tumelias illas excipiēs domi reuerſa ē · cūꝗ cōſuete melodijs ſpirita-
lib9 denotabat̄ · ſicut conſcriptor illiꝰ cantici malignū ſpiritū effuga
uerat a ſaul, Nā et iulianus erroneos demones ſibimet applicans ·
contra donū pietatis inſaniebat. Ca · xxxvij · Sozomenꝰ.

COntriſtabat igitur cū nō mediocrit̄ apollinaris ſirus omni
ſcientia · nimis inſtructus ſimulꝗ baſiliꝰ et gregorius cappa-
doces illiꝰ temporis rethores xp̄iani alijꝗ plurimi eloquentes viri ·
quoꝝ alij quidē zelati ſunt verā gloriā alij arriane hereſis habuere
veſaniā, Quāobrem arbitratꝰ huic armari xp̄ianos ꝓhibuit eos
grecoꝝ doctrinis imbui et eoꝝ lectionib9 erudiri, Tūc apollinaris
cum eēt doctus et ſil' ingeīoſus ꝑ homeri poemate verſib9 heroicis
hebraicā conſcripſit antiq̄tatē vſꝗ ad imperiū ſaul · et vigītiq̄tuor
libros opus om̄e diuiſit, Vnicuiꝗ libro nomē littere ponēs ſc̄m ho-
mericā lectionē, Fecit aūt et aliud opus ſc̄m menandri fabulas · cō
medie ſilitudini oparatas, Imitatꝰ etiā euripidis tragedias · et lirā
pindari, Et abſolute dicēdū ex diuiīs ſcripſis argumēta ſumēs oēs
enciclias lectiones tēpore paruo cōpoſuit numero · virtute · morib9 ·

conſcriptiōe caractere et diſpoſicōe grecoꝝ valde pares, Et niſi quia
vetuſtatē homīes honorabāt et q̄ ſunt in vſu grata credebāt nā ut
ego reor equa veteribꝰ appollinaris opuſcula decreuiſſent. Fecit etiā
nō ignobilem ad ipm̄ imperatorē ſiue cōtra paganos philoſophos
libro cui titulū poſuit ꝓ ueritate· in q̄ de ſacris teſtimonijs tacēs · ꝓ=
bauit illos quidē fuiſſe deceptos · ſe aūt ſapē vera de deo. Hec enī
conſiderās imperator · claris tunc ep̄is ſcripſit· legi et reprehēdi, Cui
reſcripſerūt · et ſi legiſti· ſꝫ non agnouiſti Si enī cognouiſſes· nequa
q̄m reprehendiſſes, Quidā dicunt ꝫ hāc ep̄l'am p̄ſulis ec̄c̄ie cappado
cene fuiſſe baſilij· qđ incredibile nō eſt · ſiue aūt eiꝰ ſiue ſit alterius·
iuſtum eſt virtutis laudare doctrinā, Ca·xxxviij· Socrates

PLurimi ſiquidē nō recta mēte xp̄ianū hn̄tes nomē · quippe
pecunias et honorē p̄ntē felicitati vere fidei p̄ponentes ad ſa=
crificioꝝ ſcelera deſcenderūt . Quoꝝ vnꝰ fuit ſophiſta conſtātinopo=
litanꝰ· euchipolus, Is enī mores imperatoꝝ ſequēs · ſub conſtātio q̄=
dem feruentiſſimū ſe vixerat xp̄ianū· ſub iuliano paganꝰ celeriter
eſt effectus · et rurſū pꝰ iulianū volebat eſſe xp̄ianꝰ. Proſternēs et=
enī ſemetip̄m ante ianuas ec̄c̄ie p̄nū· magna voce clamabat, Con=
culcate me ſal inſenſatū. Ca·xxxix· Sozomenus,

ISitē cū iulianꝰ iret ad pſas· volens in eis vlciſci · eo ꝙ ſub cōſtātio
romanoꝝ t̄minos inuaſiſſent · et ſciēs quō in prelijs eueniūt freqn̄=
ter aduerſa et qꝛ plurimis pecunijs indigeret · adinuenit modū ut
auferret pecūias xp̄ianoꝝ, Nolentibꝰ ergo ſacrificare· pecuniā mul=
tā impoſuit· exigebantqꝫ vere xp̄iani. Singuli nāqꝫ eoꝝ ſcd̄m ſuam
ſubſtantiā offerebant · et imperator ex iniuſta collectiōe iniuſte factꝰ
idoneꝰ ē. Vbi enī nō erat· hanc dirigebat legē · vbi erat· verbatē ipe
Tūc ergo pagani xp̄ianos grauitē oppreſſerūt· interdū etiā tormētis
corporalibꝰ affligebāt eos. Qđ imperator audiēs xp̄ianis quippe ad=
euntibꝰ eū · defendere contēpnebat dicēs · vr̄m eſt ut pacienē mala
ſuſtineatis. Hoc enī eſt p̄ceptū vr̄i dei, Ca·xl· Socrates.

ISitē imperator pugnaturꝰ contra pſas · venit in antiochiā. Cumqꝫ
pp̄l's quereretē· qꝛ venalia quidē habūdarēt ſꝫ carius vēderentē· volēs
magnitudīez ſue largitatis oſtendē minora quā debuit p̄cia in foro
rerū venaliū deputauit. Et cū fugiſſent tabnarij negociatoreſqꝫ diū
ſi res nec̄c̄ie defecerūt, Antioceni vero grauitē hꝰ ferētes· contumelias

fecerunt impatori. Ca·xli· Sozomenus·

QVerebantur enim aduerſus eum facecias de eius barba ꝯfe=
rentes. Erat enim eius barba valde prolixa. Dicebant ergo
tundatur· ut eius ad funes barba proficiat. Et quomō ſuperſticōis
ſue cauſa tauroꝝ idolis frequenti⁹ immolabat· aram et taurum in
ſuo ſolio formari p̄cepit, Ob quā rem lacerātes eum dicebant, Iſte
taurus euertit mundum. His iniurijs ꝓuocatus ad iracundiam
interminatus eſt ſe antiochenā affligere ciuitatem. Quōobrem ad
tharſum cilicie reuerti volens iuſſit neceſſaria p̄parari, Ex qua in=
tentione eum ſophiſta libanius reuocauit ; ſcribens ꝓ antiochenis
interceſſionis librum ; et rurſus ad antiochenos· de principis iracū=
dia. Quos tñ libros nō edidit, Verum imperator reſpuens ſe operi=
bus vindicare reciprocis iniurijs. Iram ſue indignatiōis amouit
Librum enim aduerſus antiochenos fecit lepidum et ſatis vrbanū
quem antiochum nominauit, Verum contra xp̄ianos multa mala
etiam in ea ciuitate cōmiſit, Sozomen⁹.

ILlud quoq; qd̄ ſub iuliano prouenit· narrare non ſileo. Fuit enim
ſignum quidem virtutis xp̄i· & iudicium contra principem iracun=
die dei, Cum enim agnouiſſet in ceſarea philippi ciuitate phenicie
quā paneam vocabant ; inſigne criſti eſſe ſimulachrum qd̄ ſangui=
nis liberata profluuio conſtituerat· eo depoſito ſuam ibi ſtatuam col
locauit. Que violento igne de celo cadente· circa eius pectus diuiſa
eſt, Et caput cum ceruice vna parte deiectum atq; in terra fixum ;
reliqua vero pars hactenus reſtitit et fulminis iudicium reſerauit.
Statuā vero xp̄i tunc quidem pagani trahentes confregerunt ; poſt=
ea vero criſtiani colligētes in eccleſiam recondiderunt quo hacten⁹
reſeruatur. Ca·xlij·

HOc itaq; ſimulachrum ſicuti refert euſebius · omniū paſſio=
num et egritudinum noſcitur eſſe medicamentum. Iuxta qd̄
quedam herba germinauit · cui⁹ ſpeciem nullus noſtre terre medi=
cus licet expertus agnouit. Michi nāq; videtur · quia adueniente
deo nullum miraculum nullumq; beneficium putari debet incredu=
lum · nam & alia plurima miracula per ciuitates et vicos plerūq;
apud multos prouinciales antiquitus tradita ſunt· habentia verita=
tem qd̄ repente monſtrabo. Eſt itaq; ciuitas paleſtine nicopolis.

nomine. Hanc dum vicus adhuc eſſet quā emaus ſacer euāgelioꝝ
liber appellat·quā romani poſt vaſtationem hieroſolimoꝝ iudeā ꝙ
victoriam nicopolim ex euentu quippe victorie vocauerunt. Ante
hanc vrbem triuio vbi xp̄us cum cleopa poſt reſurrectionem noſcit̃
ambulaſſet tanq̄m ad alium vicum itur꜀ · fons quidam ſalutaris
in quo paſſiones hominum diluūtur · et alia pariter animalia di:
uerſis detenta languoribus emundantur. Qđ ut ita contingat · tra
ditur ex quodam itinere apparuiſſe xp̄m ad fontem cum diſcipulis
ſuis · et lauiſſe pedes · ex quo aqua facta eſt diuerſorū medicabilis
paſſionum Fertur etiam qđ in hermopoli thebaide arbor que vo:
catur perſidis multorum languores abegerit · ſi fructus aut foliū
aut pars eius corticis collo egrotantiū ligaretur, De hac enim ar:
bore ferunt · quōd dum apud egiptum ioſeph cum xp̄o et maria vir:
gine ſancta fugiſſet herodem veniſſetꝙ hermopolim ciuitatem · mox
ut ingrediebatur vrbem non ferens hec arbor maximum xp̄i ſalua
toris aduentum. Inclinata eſt vſqꝫ ad terram·et eum ſupliciter ado
rauit. Hec ego de iſta arbore a multis audiēs enarraui, Reor aūt
hoc ſignum fuiſſe factum ciuibus diuine preſentie · aut certe quomō
ritu pagano hec arbor ꝓpter magnitudinem atqꝫ pulcritudinē cole
batur · mota eſt non ferens xp̄i diuinitatem · demonibus quippe cō
tremiſcentibus cum viderent rerum talium deſtructorem. Nec non
et omnibꝫ ſimulacris egiptiorum · ſecundum yſaie ꝓphete, Fugato
ꝙ demonio pro teſtimonio xp̄i arborem vacuam remanſiſſe, Igitur
apud egiptios et paleſtinos geſtoꝝ teſtimonia conſeruant̃ xliij·

Theodoricus·

IGitur iulianus etiam iudeos contra xp̄ianos armauit·primumꝙ
conuocans requiſiuit · cur eis precipiente lege ſacrificare ·nequaꝙ̃
immolationibus vterentur. Cunꝙ reſpondiſſent vno tantūmodo
loco ſibi offerendi ſacrificiū fuiſſe permiſſum · repente iuſſit deo odi
bilis deſtructum reſuſcitari templum · credens infelix dominicum
verbum ſe poſſe deſtruere · cuius per hoc veritatem magis oſtendit
Hec itaꝙ verba iudei libenter accipientes cunctis per diuerſum ter:
rarum orbem mandauere iudeis. Qui vndiꝙ concurrentes·pecu:
nias ad edificium alacriter offerebant, Miniſtrauitꝙ plurimū etiā
imperator non largitatis gratia ſꝫ veritati repugnans · miſitꝙ parit̃

preſidem impiorum exſecutorem digniſſimum preceptorum, Aiūt
enim quō ad repurgiū faciendū· argenteas amas· et chophinos et
ſcaphas habuerunt. Cumq; fodere iam cepiſſent ſtatuto quidē die;
hoc multitudo plurima faciebat; nocte vero ſpōtanea terra de valle
creſcebat. Solutis itaq; prioris etiā fundamenti reliquijs noua oīa
ꝑparabant, Cumq; gipſi et calcis multa modioꝝ milia ꝯgregaſſent
vis magna vētoꝝ repēte reſpirans· tempeſtates atq; procelle ſubito
facte quicquit congregatū fuerat diſperſerunt, Ad huc aūt veſani-
entibus eis et nequaq̄m diuina longanimitate correptis; maxim⁹
primo terremot⁹ eſt factus et quiſquis non fuerat miſterijs diuinis
imbutus· vehementer attritus eſt. Cum vero neq; hoc terrerentur
indicio; ignis ex fundamentis que ſuffodiebant̄ egrediens; pluri-
mos fodientiū concremauit; alioꝝ membra diſſoluit. Nocte quoq;
plurimis in vicia porticu dormientib⁹· cadens ſubito cum tecto ip̄a
porticus dormientes oppreſſit, Aliā vero die in celo ſignū ſplendens
crucis ſalutaris apparuit; Sed etiā iudeoꝝ veſtes crucis ſignaculo
ſunt implete, Non tn̄ ſplendentiū· ſ; nigro colore ſignate. Hec itaq;
rebelles dei conſiderātes et diuina flagella contremiſcentes ad ꝓpria
ſunt reuerſi; confitentes eſſe deum qui ab eorū progenitorib⁹ ligno
ꝓbatur appenſus, Qd̄ audiēs iulianus· dū vtiq; caneret̄ ab oīb⁹
tanquā pharao indurato corde non timuit, Ca· xliiij·

IGitur dū per ſe mortuū cognouiſſent fuiſſe conſtantiū· capta fidu-
cia venerunt ad terminos romanoꝝ; denunciātes bellum. Ob quā
rem collecto exercitu iulian⁹· miſit in delfos et delum atq; dodonem
ad percipienda reſponſa ſi expediret ei bella ſuſcipere. Tunc vniūſi
vates et pugnandi fiduciā dabant et victoriā ꝓmittebant Vnū
vero reſponſum pro exemplo mendacij· ac ſeductionis inſerere non
pigebit. Eſt enī huiuſmodi· nunc omnes aggredimur dei victorie
trophea referentes circa fluuiū thirem. Hoꝝ ego duxero belligerator
mars. Hoꝝ itaq; carminum ridiculum eos cōuenit diuulgare qui
rationalem dn̄m muſarum q; principē pithiū eſſe vocant. Ego
aūt mendatium ſeductiones eius inueniens ingemiſco. Tirē nāq;
fluuium tigrem voluit appellare· qm̄ tiris eius nomini ſimilis eſt,
Is enim fluuius ex armenie redundans montibus· et ꝑ aſſiriorum
arua diſcurrens; ſinum deſcendit in perſicū, Per hec ergo reſponſa

deceptus infelix et victoriam mente ſomniabat ; et parthicū preliū pugnam gallileis inferre ꝑparabat ; ſic enim vocabat xp̄ianos · nominis ſe eis inferre putans · cum magis debuiſſet eorū conſiderare virtutem. Non enim ſocrates licet cricias fuerit appellatus et phitagoras phalaris · ex mutatione nominis qualibet ſunt peſte participati ; neq̃ nereus therſitis vocatus ; naturalem pulcritudinē quā gerebat āmiſit. Hoꝝ nichil mente percipiens · ex hac appellacōe aliquid monſtri ſe nobis putauit inferre · fallaci reſponſo credens interminabatur per eccleſias demonum ſe ſtatuere ſimulachra. Poſt has igitur minas ; ab vno viro in beroa debellatꝰ eſt. Is enim nobilis erat eiuſq̃ ciuitatis curie preſidebat · quem zelus xp̄i reddidit clariorem. Videns nāq̃ filium in impietatē que tunc vigebat fuiſſe demerſum · expulit ſua domo et coram omnibus abdicauit. Qui in vicine ciuitatis itinere aggreſſus impatorem · ſuam voluntatem et abdicationē patris innotuit ; at ille quieſcere iuuenem imperauit · placandū ꝯmittens patrem. Cumq̃ veniſſet in beroeam nobiles et honoratos cōuocauit ad prandiū · inter quos erat et huiꝰ pr̄. Quē cum filio in ſuo prādere iuſſit accubitu. Tunc circa medias epulas dixit ad patrem. Non michi videtur iuſtum vim facere voluntati ad aliud declinanti ; et animum ad alia mutare que non vult · noli itaq̃ eſſe filio violentus · ſequi tua dogmata reſpuenti. Neq̃ enī ego tibi vim facio mea ſequi ; licet cogere valde poſſim. Ille cauſā diuine religionis mente percipiens ; de iſto inquit o impator erroneo dicis et deo odibili · et veritati ꝓponente mendacium ; tum ille rurſus manſuetudinis induens vultū ; ceſſa inquit detrahere. Et declinans ab eo vultū ; adoleſcenti dixit. Ego tui curam habeo · quō patri tuo ut hoc faciat ſuadere non poſſum Hec itaq̃ non fruſtra retuli · ſꝫ volens oſtendere non ſolum illiꝰ mirabilis viri fiduciam · ſed qm̄ contempta iuliani a plurimis ſit poteſtas. In antiochia namq̃ vir quidam optimus pedagogus adoleſcentiū habitabat. Eratq̃ illic famoſiſſimus ſophiſta libanius impius · expectanſq̃ iuliani victoriam · habens pre oculis eius minas. Ergo interrogauit pedagogum · quaſi noſtram deridendo religionem. Hunc inq̇t fabri filius quid putas agit. At ille qđ poſt paululum contigit · cōpletus gratia diuina predixit. Reſpondit enim. O ſophiſta creator

omniū quem tu filium fabri nominaſti locellum ſepulture iuliano
ↄponit, Poſt paucos enī dies· mors illi⁹ nūciat̄ erronei et in locello
poſitus eſt aduectus minarūq̄ȝ timore vacuat⁹ ē, Ca·xlv·

E O ſiquidem tempore religioſiſſim⁹ iulianus cognomento ba
ſa ; qui angelorū incorporaliū vitā corporali cōuerſacōe vi-
debatur imitari cuius etiā vitam conſcripſimus· ꝓlixiores offerebat
deo p̄ces cum illius impij minas audiſſet. Ea hora qua ille ꝑcuſſu⁹
eſt orans mortē eius iſte cognouit ; licet pluſq̄ȝ viginti mutationes
ab eo loco vſqȝ ad eius exercitiū eſſe viderentur. Aiunt enī q̄ȝ dum
continue ingemiſceret et clementi dn̄o ſuplicaret ; ſubito lacrimarū
eius fluuius reſtitiſſet· fuiſſetq̄ȝ alacritare ↄpletus et eius vultus ex-
hilaratus, Hanc animi ꝑmutationē eius miniſtri reſpiciētes roga-
uerunt· ut eis cauſam repentini gaudij patefaceret, Tunc ille dixit,
Ferus ſacre vinee deuaſtator penas exactus eſt vaſtationis ſue. Li-
cetq̄ȝ mortuus terroribꝫ miniſqȝ fruſtratus, Hec agnoſcentes exulta-
uerunt omēs deoq̄ȝ himnos gratificos obtulerūt, Poſtea vero a nū-
cijs eſt compertū· eandem fuiſſe diē ſimul et horā necis iuliani · quā
ille ſacratiſſimus ſenior cognouit atq̄ȝ p̄dixit, Ca·xlvi·

I Llum itaq̄ȝ ſemꝑ inconſulte geſſiſſe mortis demonſtrauit euentus
Tranſiens enim cum exercitu fluuium· qui perſaꝝ romanorum q̄ȝ
regna diuidit repente naues incendit· non ſuadens rebꝫ aut verbi⁹
ſȝ cogens milites preliari, Porro duces alacritate ↄpleti ; animabāt
milites et eos ſpe varia confortabāt quā imꝑator abſciderat· cū eoꝝ
reuerſionem incenſis nauibus abnegaſſet. Super hec aūt cum de-
buiſſet cibos militibꝫ cōgregare· neq̄ȝ de ꝓprijs finibus p̄cepit affer-
ri neq̄ȝ de inimicoꝝ abundantia iuſſit aliquid dep̄dari, Relinquēs
ergo habitabilem viam pergebat ꝑ ſolitudinis loca· vbi et cibo et
potu milites defraudati et duces itineris non habētes ſȝ errantes in
deſerta ꝓuincia· ſapientiſſimi principis agnouere conſilia. So·

M Vltos itaq̄ȝ vicos caſtraq̄ȝ detinens, Jam etiam ciuitates ca
piebat Cūq̄ȝ veniſſet ad theſi fontē citatē in tātū obſedit regē
ut crebris legacionibꝫ uteretur ; offerens dare ſue patrie partē ſi ſo-
lutus bello diſcederet· qđ ille noluit, Neq̄ȝ ſuplicantibus eſt miſertus
neq̄ȝ mente percepit ; quia vincere quidem bonū eſt· ſuꝑuincere ni-
mis inuidioſum. Credēs precipue magicis artibꝫ quas ei maxim⁹

philoſophus exhibebat·et arbitratus alexandri macedonis ſe gloriã
pceperturũ·aut certe potiturũ. Putabat enim ſcd̃m phitagoreã pla:
toniſqꝫ ſentenciã·ex mutatione corporũ. Alexandri animũ poſſidere
aut eſſe potius in altero corpore alius alexander. Ob hanc itaqꝫ cau
ſam perſarum regis noluit preces admittere. Theodoric⁹.

CVm igitur in deſertis locis p̃mo captiuoꝝ habuiſſet ducatũ;
poſtea quidem ſenior ſub ſcemate ꝓditoris ſe ei cõpendioſum
iter oſtendere cõpromiſit. Cumqꝫ tribus dieb⁹ ambulantes ad maio
rem ſolitudinẽ veniſſent·illum quidẽ fuſtib⁹ occiderũt·confitentẽ h°
ſe feciſſe ꝓ patrie libertate; et libenter tormẽta oĩa ſuſtinere. Exer:
citus interea perſarũ·ex itinere fatigato exercitui romanoꝝ artius
occurrit·ſeqꝫ ad congreſſionẽ prelij ꝑparauit. Ca·xlvij· Socra·

QVerebant̃ enim romani de principe· cur noluerit bellum cũ
lucri ꝓmiſſione finire. Verũtamen pñs inſtantib⁹ reſiſteb ãt
ita ut frequenter verterent̃ hoſtes in fugã. Porro iulian⁹ erat pñs
in equo·et exercitũ confortabat·inermis quidẽ ſpe felicitatis ſue p̃:
ſumens. Theodoricus.

COntra quẽ iaculum repente delatũ·diſcurrens p brachium·ĩ
eius latus immerſũ eſt. Ex hoc vulnere ſuſcepit terminũ vite
Qui vero iuſtiſſimũ intulit vulnus·hactenus ignorat̃; ſꝫ alij quẽ:
dam inuiſibiliũ hoc intuliſſe ferũt. Alij vero vnũ paſtoꝝ iſmabeli:
tarũ. Alij militem ex fame et itinere fatigatũ. Sꝫ ſiue homo·ſiue an
gelus fuerit·palam ẽ quia diuinis iuſſionibus miniſtrauit. Aiunt
enim; qꝛ dum fuiſſet vulnerat⁹·mox manũ ſanguine ſuo cõpleue:
rit; et in aerem ꝓiecerit dicens. Galilee viciſti. Et in eo ip̃o confeſ:
ſus eſt·cũ blaſphemia victoriã. Socrates.

CAliſtus aũt q̃ inter familiares impatoris tunc militabat· et
heroico verſu eius ↄſcripſit hiſtoriã ait eũ a demõe vulnera:
tum fuiſſe defunctum. Julian⁹ ergo quarto conſulatu ſuo· quẽ edi:
derat cum ſaluſtio·ſexta die iunij menſis in perſica regione defũct⁹
eſt. Anno tercio imperij ſui·ſeptimo vero ex quo ceſar a conſtancio
fuerat ordinatus·vite anno triceſimo p̃mo. Ca·xlviij·

POſt cuius mortẽ·eius magice artes cõperte ſunt. Carra nãqꝫ
ciuitas eſt hactenus impietatis reliquias habens. Per hanc
igitur tunc agens quõ per edeſſam ꝓpter pie religionis cultũ trãſire

voluerat· in templum q̊d a paganis colitur eſt ingreſſus· vbi dum quedā cum ſuis conſortib9 ſacrilegia celebraſſet · ianuas et clauſtra diſpoſuit· et quoſdā ibi milites obſeruare p̄cepit· ut inter hui9 nullus accederet donec ip̄e remearet, Cumq; mortuus fuiſſet et impio pius ſucceſſiſſet in imperium ingredientes in templum, Inuenerūt mira principis ſimulachra· eiuſq; ſapientiā et famoſiſſimā pietatē Viderunt enim mulierē a capillis appenſam extenſas habentē manus· cui9 vterū aperuerat · ut perſarum victoriā in iecore eius inſpiceret, Hoc ergo ſcelus in carris inuentum eſt, Verū in antiochia plurimas arcas in palacio aiunt humanis capitibus plenas fuiſſe cōpertas · et innumera in puteis dimerſa corpora mortuorū, In qua vrbe dū eius nunciatus fuiſſet interitus ; publicam cuncti habuere feſtiuitatē, Et non ſolum in eccleſijs et ſepulturis martirū exultabant ſed etiam in theatris victoriā predicabant cum ſacerdotibus exultantes, Ego aūt etiam clamorē fauoris eoꝝ etiam hic ponere neceſſariū iudicaui ; ut etiam apud poſteros hec memoria reſeruetur, Cōmunit̄ enī clamabāt oēs, Maxime fatue vatū vbi ſūt vaticinia ꝯ vicit de9 et xp̄s eius Hic ergo libri terminus eſt habend9 ne pio imperio impietatis potētia copuletur,

Hiſtorie tripertite liber ſextus explicit, Incipit ſeptim9.

Capitl'a eiuſdē libri,

De iouiniani imperatoris auſpicijs et quēadmodū perſide finibus ſit egreſſus, Capitulum primum,
Quis ſophiſta libani9 cōtra xp̄ianos ſcripſit· et quomodo hiſtoriographus eius dicta deſtruxerit, Capitl'm ij·
De reſtitudīe fidei iouiāi· et q̊d athanaſi9 alexādrin9 ſcripſerit iij·
Quō iouiani tēporib9 orthodoxi floruerīt et hētici ſūt oppreſſi, iiij·
Quia athanaſi9 venit ad iouianū et ab eo decēter ē honorat9, v·
De conſulatu et fine iouiniani, Ca·vi·
De ortu principis valentiniani et quēadmodum fratrem valentē ip̄e fecerit imꝑatorem, Ca·vij·
De ābroſij mediolanenſis ep̄atu atq; fiducia dictū valentiāi viij
Edictū valentiniani et valentis de conſubſtāciali trinitate, ix·
Ep̄l'a illiricanoꝝ epiſcoporum ad orientales epiſcopos ꝯfitentium